



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christ. Francisci Paullini, Ferrariâ-Thuringi, Rerum Et  
Antiquitatum Germanicarum Syntagma**

**Paullini, Christian Franz**

**Francofvrti ad Moenvm, 1698**

Chronicon Mindense.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44860**



# CHRONICON MINDENSE.

**C**Um jam *Carolus*, omnium Principum sublimissimus, ad majorem Dei gloriam, duas Ecclesias Metropolitanas in Saxonia feliciter fundasset, alteram in *Offenbrugge* anno Domini **DCCLXXVI.** (a) alteram in *Selingstad*, translata inde primo *Ostervicum*, deinde anno **DCCCIX.** *Halverstadium*, (b) & de tertia maximè sollicitus locum anxie circumspiceret, fato sanè divino accidit, ut devictus nuper *Wedechindus*, Saxonum Princeps, tenebris adhuc immersus, castra Regis sub habitu mendicantis lustratus, fortè in ipso Paschatis festo eum videret communicantem, inque consecrata hostia speciosissimum puerulum, diversâ tamen facie, mox hilari, mox subtristi apparentem, prout homines erant sacrâ cœnâ utentes. Quæ res miraculosa cùm nunciaretur *Carolo*, protinus *Wedechindum* ad se vocari juberet, adductis etiam Sacerdotibus, qui grande hoc mysterium rectius ei exponerent, inque fide informarent. *Wedechindum* divinâ gratiâ illuminatum tædium cepit tenebratum, rogavitq; *Carolus*, ut proprium ei largiretur sacerdotem, qui talia quotidie in conspectu suo perageret. Ita, agebat Christianissimus Rex, dabo tibi, quod optas, dabo simul Episcopum, modò tu de opportuno habitaculo & vitæ necessariis ei prospicias. Eja, respondet novitius iste Christianus, castrum meum ad *Wisara* me & illum commodè capiet. Sit ergo *Min* & *Din*. Hinc postea urbis *Mindin* nomen, uti *Otto M.* vocat. (c) *Pulcrè Osivall*. *Sebelhusen*.

(A) 3

(a) Chron. tamen *Mind*, *Meibom* sibi habet ann. 771. *Stangefol*, L. II. annal. circul. *Westfal*, p. 89. ann. 788. (b) *Hæreo*, an *Salingstadium* *Austrovico* sit antiquius. Dixitum potius, *Carolus* non tantum *Ostervici* seculi octavi anno octogesimo templum erexisse, sed etiam aliud longè augustius, ac amplissimis privilegiis munitum, Episcopali quoque dignitate auctum, vel sub necessum seculi VIII, vel circa exordium sequentis, *Halberstadii* condidisse. *Conf. Sagitta*. *Hist. Halberstad.* §. 22. Sequitur *Bulfo* ebr. *Mind*, à *Meibom*. edit., quod *Eccles. Ostervicensi*, anno 777, fundatam dicit, & post annos 40, translata in *Halberstadium*. At sic emergeret annus 32. à translatione. Quod si verò post annos 40, ista contigit, incidet in ann. 817. & *Ludov. Pium* (non *Carolus*, qui anno 814. *Aquisgrani* decessit.) habuisset autorem. (c) anno 961. Vid. latius hæc recitantem *Kianz*. L. I. *Metz*, §. 9. & L. II. *Saxon.* c. 16. *Braun*, de civitat. L. IV. f. 39.



## CHRONICON MINDENSE.

*Heu mihi, quot rixas, cades & bella paravit  
 vox infausta meum, vox odiosa tuum.  
 Illa tamen nostram peperit feliciter urbem,  
 annon Minda meum denotat atque tuum?  
 Servo meum, non tango tuum. Hac Mindensia fura  
 sunt. Sic est in pace cuique suum.*

Jecit igitur Gloriosissimus Rex initia & fundamenta Ecclesie Mindensis in memoriam S. Petri, Apostolorum Principis, Sanctique Martyris Gorgonii, eo in loco, ubi stabat castrum *Wedechindeum*, anno Domin. Incarnat. DCCLXXX. (d) consecrata postmodum à Leone Papa. Vix autem circumscripta erat area templi, & ecce niveus anser eandem perambulasse visus est, in quem *Stephanus Gloder* ita:

*Cur primò visus (memorable!) candidus anser?  
 Doctor candoris & vigilantie erat.  
 Qui vigilans & sincerus permanserit usque,  
 ille mihi officio fungitur usque suo.  
 Sis igitur semper vigilans; sis candidus: omnis  
 in candore salus & vigilantia erit.*

Hanc Ecclesiam commisit primò *Carolus* nobili Saxoni, doctrinâ, religione & miraculis etiam claro S. *Eremberto*, Viro omni honore digno, *deint chrenwerthen*. (e) Amabile nomen! Alii *Erckanbertum*, *Herimbantum*, & *Hercumbertum* vocant. Ego in crypta aliqua legi olim:

HRMBTS SCS PTR i. e. *Herimbertus Sanctus Pater*.

Sit ut sit. Venerabilis erat Vir, qui magno zelo & singulari discretionem gregem sibi in Domino commissum fideliter pascebat, nihil unquam negligens, quod ad boni Pastoris officium spectat. Fervor erat in populo, fervor in Pontifice, fervor in reliquo Clero. Inde multiplicatio seminis Domini. Quæ res mirificè affectit *Carolus* religionis amantissimum. Venerat aliquando mendicus, præter solum panem nil poscens amplius. Promisit *Erembertus* integrum pro eo, at disparuit iste. Num angelus tutelarum, aliusve bonus fuerit, qui piam promptamque Viri simplicitatem pro ipso factò æstimaverit, alii judicabunt. Dolendum autem, Majores nostros in conscribendis Ecclesie actis parùm fuisse diligentes, aut si interdum aliqui fuerint seduli, in pulvere & sordibus chartæ eorum jacentes vel bello seu igne postea direptæ & consumptæ sunt. Hinc magna confusio. Veniam itaque dabit lector, si in recensione primorum Episcoporum abbreviavero.

Quan-

(d) Baronius, quem Dav. Chytræus sequitur, L. III. Saxon. p. 83., habet 785. (e) Vir devotus, & ratione vitæ iucundus in omnibus mandatis Dei. Chron. Mind. Pistor.



Quantus verò recentis Ecclesiæ thesaurus, & quantum ejus ornamentum sanctæ reliquiæ, quorum catalogus satis longus est. Obiit *Erembertus* in vigilia *S. Medardi*, seu, quod alii scribunt, die *Primi & Feliciani* Martyrum ante *Carolus M.* Sequitur *HARTWARDUS*, *Hartwardus*, *Hartuardus*, II. *Hart-* seu *Hatuardus*. De quo licet annales nostri taceant, quis dubitaverit tamen, sancto suo officio eum satisfacisse? (f) Lucrum animarum & sanctæ religionis cura id unicum erat, quod tunc necessarium judicabant religiosi Episcopi, ab omni luxu, pompa, vanitate & fatuitate alieni, secus ac hodie fit, ubi cuncta dessemus inversa. Auxit gregem suum *Hartwardus*, ponens animam pro eo, & præluens vitâ doctrinâque. (g) Semper dixisse fertur: *nulla dies sine lucro*. O vox cælo digna! Interfuit solemnissimæ processioni sub adventum *S. Viti*, Martyris Lucani, in Corbeia Saxonica. Migrat ad Dominum ipso die *S. Eufemiæ Virginis & Martyris* Anno Domini DCCCXLI. (h)

*THEODERICUS* I. seu *Thiadricus*, fundator insignis monasterii III. *Theodo-* *Wunstorpiensis*, in honorem *SS. Cosmæ & Damiani* constructi. Assistit consecrationi Episcopali *D. Remberti*, Archi-Episcopi Bremensis, factæ annò Domini DCCCLXV. à *Luitberto* Moguntino. (i) Interfuit Synodo *Wormatiensi* anno DCCCLXVIII. Imperii Gloriosissimi Regis Ludovici anno XXVIII. Indiët. I. (k) Palmâ martyrii tandem ornatus cum *Marquardo* Hilleshemensi in prælio apud *Ebbekstorp*, pugnans pro gloria Dei contra ferros Nordmannos. (l)

*WUELFARIUS*, devotus, prudens & circumspèctus Saxo, (m) dif- IV. *viii-* feminavit verbum Domini ferventer. Salus enim populi cura ejus summa. *farius* Abiit ad gaudia nunquàm finienda in die *Nicomedis B. Martyris* anno Domini DCCCLXXXVI.

DRO-

(f) nam erat Vir insignis, sanctitate & religione præcipuus, *Kranz. L. I. Metrop. c. 23.*  
 (g) Episcopi Turonens. in Concilio anno 813. alios inter hunc canonem quartum poluere: Sollicitè studeat unusquisque Episcopus gregem sibi commissum sacrâ prædicatione, quid agere, quidve vitare debeat, informare. Et ipse Episcopus vitâ, habitu, formâ & conversatione sanctâ suis sit subjectis exemplum, ut juxta Dominicam vocem videant opera ejus bona, & glorificent Patrem Deum, qui in cælis est. h) *Sebates. P. I. Annal. Padeborn.* ad ann. 841. refert excessum *Hathuardi*, & mox tamen ad ann. 854. (i) Idem ad ann. 865.  
 (k) Subscripsit etiam foundationi monasterii *Herificensis* ad fontem *Netham*, Diœces. *Padeborn.* Idem l. c. ad h. ann. (l) *Kranz. L. II. Metrop. c. 9.* retur, omnes Saxonie Episcopos pro Christo cecidisse in isto prælio, quod commentum plerique recentiores amplectuntur. Vid. *Fabric. L. II. orig. Sax. & Spangenberg. chron. Sax. c. 108.* Conf. *Reutellii Hilleshem.* à nobis edit. §. 7. Putidæ fabulæ, quas de *Ferdeasi*, *Monasteriensis*, *Osnabregensis*, *Bremensis*, aliisque Præsulibus in hac acie cæcis blaterant. Dudo equidem *Padebornensis* anno 960. decessit. *Schatenl. c. p. 304.* & licet cum *Kranz. L. II. Metrop. c. 16.* *Luitcharium* intelligas, ille tamen anno 885. adhuc vixit, teste diplomate *Carolino* apud eund. l. c. p. 193.  
 (m) admirabilem vocat *Kranz. L. II. Metrop. c. 27.*



V. Drogo, **DROGO**, *Drogos*, laudabilis Pater. Circa annum Domini DCCCXCVI. pia & opulenta Matrona *Hilleburgis*, cum sine macula prole esset, consilio devoti Presbyteri *Folckiharti*, absente *Vffone*, marito, (erat ille in terra sancta) novem templa parochialia condidit, scilicet: (1) *Möllenbeke*, (2) *Segelhorst*, (3) *Dekeber*, (4) *Steenborg*, (5) *Osterysenberg*, (6) *Westerysenberg*, (7) *Honrade*, (8) *Völchem*, (9) *Sillingen*. Reverti demum conjugii obviam processit *Hilleburgis* dicens: *euge! mi dilecte, ego in absentia tui novem peperim filias, quas omnes Deo donavi.* Bene, dicebat ille, dotabo eas liberaliter, ut mei & tui vivant memores. Halce *Drogo* noster postea consecravit omnes, (n) & monasterio in *Möllenbeke* multas decimas de suis contulit. (o) *Otto* ab Ostfalis ad Westfalos festinans annò DCCCCLII. Id. Jun., ad intercessionem *Ossenbrugen* Episcopi *Drogonis* I., nostro monetam & mercatum publicum in *Wiedenbrügge* pro remedio animæ suæ concessit, ita, ut quicquid fiscus & pars regia inde obtinere poterit, sub potestate dicti jam Episcopi successorumque ejus ordinandum sit, vel in moneta, seu teloneo, aut in qualibet actione publica. Et nullus iudex de præscriptis rebus habeat ullam potestatem inquietandi, vel quicquam molestiæ faciendi. (p) Mortuus *Drogo*, ipso die S. Bonifacii Mart. & Episcopi.

VI. Adelbertus, **ADELBERTUS**, *Adelyvertus*, *Adalbertus*. Si tempora, in quæ eum conjecerat Deus, inspicias, sanè fateberis, multa tulisse & fecisse pro Deo & Ecclesia sua. Nordmanni enim & Hungari Saxoniam devastantes non reliquerint *Mindam* illam. Interim nihil reperio de eo in fastis ecclesiasticis. Testantur tamen versus sequentes de rebus ejus bene gestis:

*Liberat Ecclesia, depulsis vulpibus, agrum,  
nec jam Schismaticus vorat ovile lupus.*

*Non dubitat forti Pater obvius ire leoni,  
maxillasq; graves inseruisse manus.*

Prudenti sat! (q)

Obdormivit in die Sanctorum *Vedasti* & *Amandi* Episcoporum. (r) Alii legunt *Germani* & *Vedasti*. (s)

VII. Bernartus, **BERNARTUS**, *Bernarius*, iterum vidit Alemanniam ab Ungaris depopulatam, at vidit etiam eos propè *Mörseburgum* cæcos. (t) Quid in tantis face-

(n) Id. L. III. Metr. c. 8. Si autem hæc anno 896. facta, qui præesse cœperit sub ann. 800? Bucelin. Germ. sacr. P. I. p. 30. B. (o) de 120. araris, Chron. Mind. Meib. T. I. ter. Germ. script. p. 558. (p) At idem *Otto* eod. anno & die *Drogoni* I. *Osnabrugensi* eadem privilegia dedit, Erdmân. Chr. *Osnabrug*. T. II. Rer. Germ. Meibom. p. 203. Diploma dabit *Sehaten*. l. c. ad ann. 952. ut Autores nomina *Drogonum* considerint. (q) tempora sua magna cum laude peregit, Kranz. L. III. Metr. c. 13. Versus hos Chron. Mind. Meibomii ad *Landwardum* refert. (r) ita chronic. utrumque *Mind.* à *Pistor.* & *Meibom.* edit. (s) *Kranz.* l. c. (t) Vid. diss. *M. Hulsii* de *Henrico Aucupe Hungaror.* propè *Marrisburg.* *Victoræ* *Lips.* edit.



faceret angustiis, nisi ut suos ad preces, jejunia & suspiria hortaretur: (u) Vires decrepiti *Adalgarii* Bremensis unâ cum aliis, strenuè supplevit & magno cum fervore. (vv) Etenim *sanctus & electus* Bernart fuit septimus heros. Viræfiam fecit S. Magni lucæ.

*LIDARIUS*, *Liidarius*, *Liutharius*. Sub quo *Helleburgis*, nobilis & VIII. *Lidarius*, devota Matrona, fundat cœnobium in *Vsbeke* in memoriam S. *Joannis Baptistæ*, Variâ sorte rotatum. Biennio exacto Hungari irrumpunt & devastant: annò MCCXXXIV. ab igne destructum est, & post XX. annos, operâ duorum Episcoporum Mindensium, instauratur & consecratur. Tunc ipso consecrationis die duæ clarissimæ stella circa meridiem, cum stupore omnis populi, super monasterium ceciderunt. (x) Monasterium in *Overnkerken* incensum dejectumque ab Hungaris, & CXXX. Sanctimoniales cum Clericis & famulis occisæ in die *Felicis & Adaudi* Martyrum Anno Domini DCCCCXXXVI. jacuitque diu in ruina sua, donec *Mervvintha* ex suo patrimonio reedificaret, & pristinum famulitium Deo ibi redderet. Denuò tamen post concrematum reparatur ab Episcopis Mindensibus. (z) Obiit in vigilia *Pantaleonis B. Martyris*.

*EVERGISUS*, *Ebergisus*, obiit in die S. *Lucæ* Evangelistæ. Optimè IX. *Evergisus* præfuit. (a) Quæ dixit, fecit ipse. Bene dixit, bene vixit. (b) Utinam sus, hoc omnes facerent. At quàm pauci hodie vestigia premunt Christi. Nihil pestilentius est impio Pastore & cum scandalo vivente.

*HELMWARDUS*, *Helinwardus*, *Helmyverdus*, Monachus Ordinis X. *Helmbenedicti*, dubitans de consecratione majoris templi annò DCCCCLII. *wardus*. *Dudonem* Padebornensem & *Drogonem* I. *Ossenbrugensem* Mindam evocavit ad dedicationem basilicæ hujus in honorem Sanctorum *Gorgonii*, *Laurentii* & *Alexandri* Martyrum. Valedixit nobis anno Domini DCCCCLVIII. die S. *Valentini* Martyris.

*LANDWARDUS*, *Landovwardus*, (c) electus anno DCCCCLVIII. XI. *Landwardus*. Hic primus omnium ab *Ottone M.* jura & regalia obtinuit, & baculum de *wardus*, pretioso ligno. (d) Afferebat Genitoris Antecessorumque Regis scripta, in (B) qui-

(u) à Bucelino igitur l.c. vocatur Vir Sanctus, (vv) Vid. Adam, Bremens. L.I.H.E. c.42. (x) Kranz, L.III. Metrop. c.24. (z) Idem l.c. (a) relinquens Ecclesiam in bono statu, & cum augmento gloriæ mutavit ille stationem. Id. lib. cit. c. 27. (b) O Domine, exclamat Autor libri, cujus titulus: *Stella Clericorum super Eccles. Rom.*, tui Pastores mutati sunt in tonsores, agni in lupos, defensores in dissipatores. Qui debebant esse sobrii, quotidie sunt ebrii. Qui Prælati Pilati, casti incesti: qui Pastores, seductores. Vox quidem est vox Jacob, manus autem manus sunt Esau. Hi sunt, de quibus Christus inquit: Dicunt, & non faciunt. Similes sunt fabricatoribus arce Noæ, qui tamen in ea non servati sunt: & statuis mercurialibus, quæ aliis viam monstrant, quam ipsæ nesciunt, nec ambulant. (c) Bucelin. vocat *Landvargum*, (d) ebeao Kranz. L.III. Metrop. c.33.



quibus continebatur, quatenus ipsi Ecclesiæ *Mindensis* res cum omnibus in ipsis rebus consistentibus, sub suo receperint *mundeburdo*, præcans mansuetudinem Imperialem, ut hoc ipsum cum consensu illius fieret. *Otto* igitur ob amorem Dei & remedium animæ suæ, ac pii Genitoris sui, reliquorumque Antecessorum suorum, ita fieri decrevit, mandans, ut nullus iudex publicus, vel quilibet ex judiciaria potestate in Ecclesias aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones Ecclesiæ *Mindensis* (quas nunc infra ditionem Imperii legibus possidet, vel deinceps in iura ejus pietas divina voluerit augeri,) ad causas judiciario modo audiendas, vel freda exigenda, mansiones, vel paradas faciendas, aut fidejussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ contra rationem distringendos, nec ullas redhibitiones, vel inustratas occasiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea, quæ supra memorata sunt, penitus exigere præsumat: hominibus quoque famulatum ejusdem monasterii facientibus, qui Saxonice *Malmann* dicuntur, prædictum *mundeburdo* & tuitionem suam constituit, ut etiam coram nulla judiciaria potestate examinentur, nisi coram Episcopo, aut Advocato, quem ejusdem loci Episcopus elegerit: quicquid verò fiscus exinde sperare potuerit, pro aeterna remuneratione dictæ Ecclesiæ ad stipendia pauperum & luminaria concinnanda concessit. Ipse autem Episcopus cum omnibus rebus suis fideliter pareat Imperiò, & sub ejus ac Cæsaris consistat defensione. Insuper licentiam dedit FF. eligendi Pastorem inter se, qualemcunque voluerint, modò vita & moribus probus habeatur. *Lintulfus* (d) Cancellarius ad vicem Brunonis Archi-Capellani recognovit. Dat. VII. Id. Anno DCCCCLXI. Ind. V. annò Regni Serenissimi Regis Ottonis XXII. Actum *Burchem* (e) in Christi nomine feliciter. Amen. Anno Domini DCCCCLXXIV. Presbyter *Mandradas* (f) *Lübbeckogorve* (g) cum omnibus pertinentiis Ecclesiæ *Mindensi* donavit, confirmante id *Ottone* II. Imp., qui denuò antiqua privilegia in universum innovavit eodem anno, (h) quò etiam decessit *Landvvardus* die SS. Cosmæ & Damiani XVI. regiminis sui. Sub eo erigitur cœnobium *VValsford* in honorem S. Joh. Baptistæ. (i)

*Præsul Landvvardus moribus redolens quasi nardus,  
gregem non tardus servat vigilans quasi pardus,  
carnem castravit, hostem, mundum superavit.*

(d) rectius *Liuculfus*, i. e. *Ludolfus*. (e) *Kranz*, i. e. habet *Forchem*, alii legunt *Burchheim* (f) *Wandradas*, (g) chr. *Mind*, *Meibom*, intelligit *Lübbecke*, elegans Diœces. *Mindens.* oppidum. Non dabit *Mandradas* totum pagum *Liedbetogorvi*, (sic enim scribit *Otto* I.) sed talem proprietatem, qualem ipse in hoc pago & comitatu *Bernardi* quoquo modo in proprium acquisiverat. De pago autem *Liedbetogorvi* vid. *Meibom.* de pagis Saxon. (h) vid. diploma *Mind.* à *Pistor.* edit. num. 7. (i) *Kranz*, l. a.



*his bene peractis conscendit ad agmina lucis,  
famelicos pavit, sitibundis pocula lavit.*

**MILLO**, insignis Præsul, à Deo nobis datus, (k) successit anno Domini- XII. **MILLO**,  
aicæ Incarnation. DCCCCLXXIV. & omnia ad Dei gloriam & utilitatem  
Ecclesiæ direxit fideliter. Eodem anno **Otto II.** privilegia & immunitates,  
ut *Landvardo* ab **Ottone M.** factum, innovat, approbat & confirmat, sub-  
scribente literas *Willigiso* vice Radberti Archicapellani. Dat. XII. Kal. Aug.  
indict. I. anno regni Domini **Otonis XIII.** imperii VI. Actum Aquisgrani.  
Biennio post ab eodem **Ottone II.** Ecclesia nostra *Providentia Imperiali* spe-  
cialiter commissa bannum regium accipit, & licentiam *monetam macellumq;*  
*publicum* construendi. Donavit igitur Rex continuæ devotionis Episcopi  
fidelitatem attendens, & ob reverentiam Sanctorum, mercedisque futura  
gratiam, bannum suum teloneumque, & quicquid hactenus ad Regiam po-  
testatem pertinere videbatur, sic omnia in jus & dominium Ecclesiæ hujus  
de suo jure & dominio transfundens, ut pro animæ ejus remedio unus  
Presbyter talem præbendam, & quisque Fratrum in eodem monasterio (ita  
prisca voce appellat) Deo famulantium ordinatus accipiat nunc & in per-  
petuum. **Egbert.** Cancellar. ad vicem **Willigisi** Archicapellani notavit. Dat.  
XIV. Kal. April. anno DCCCCLXXVI. Indict. III. anno verò Regni Domini  
**Otonis XVI.** Imperii X. Actum Threcke. **Otto III.** ob devotum servitium  
*Milonis*, quod pio animo Regi sæpius exhibuit, foresta *Huculinhago* & *Stoi-  
ringevvald*, nec non ob interventum & comprobationem **Bernarti** Ducis,  
& fratris sui **Luitgeri** & **Ailhardi** Comitis, aliorumque comprovincialium,  
silvam *Santal*, quantum ex occidentali parte fluminis *Wesera* sui Episcopa-  
tus spatium comprehendit, eâ videlicet dedit ratione, ut nulla deinceps  
persona, magna vel parva, in prædictis forestis, aut silva, venari seu capere  
præsumat aliquam feram, seu bestiam, sine licentia *Milonis*, *honorandi Præ-  
sulis*, (tanto mactatur titulo,) ejusque successorum, **Hilboldus** Episcopus  
& Cancellarius **Willigisi** Archi-Episcopi recognovit. Dat. V. Id. Sept. A. D.  
DCCCCXCI. Indict. V. anno autem tertii **Otonis** regnantis VIII. Actum  
Brandenburg. Vixerat hactenus devota quædam virgo *Theruvyf* (l) in ca-  
stro & monte *Wedegonis*, piis contemplationibus perpetuè dedita, cujus vitæ  
simplicitate & sanctimoniâ plures allectæ Virgines eandem sibi eligebant,  
ut tandem spectabile fieret Collegium, omnes secundum regulam *S. P. Be-  
nedicti* rigidè viventes. Hoc castrum *Milo*, cum consensu **Otonis III.** anno  
DCCCCXCII. [ vel tamen sequente, (m) ] in pulcherrimum monasterium  
Sanctimonialium (n) commutavit, eandem regulam profitentium. Idem  
(B) 2 Episco-

(k) sidus Episcoporum Saxoniorum, Schæfer. P. I. annal. Paderborn. ad ann. 999. & li-  
men seculi sui, Kranz. l. c. 47. (l) Theruviof, (m) alii habent 994. (n) Kranz. l. c. Mo-  
nachorum putas.



Episcopus autor est præbendarum S. crucis in Ecclesia *Mindensi*, aliarumque rerum. (o) Mortuus demum anno DCCCXCIX. die B. *Eleutherii* Episcopi, (p) Episcopatus sui xxv.

XIII. *Ram-  
wardus*,

*RAMWARDUS*, bonus Pastor, (q) cœnobium in monte *Vvedegonis* à pio Prædecesore fundatum, ob varias incommoditates, (r) anno MIV. (s) in honorem Sanctissimæ Virginis & B. *Blasi* Episcopi, *Mindam* transtulit, bonâ quidem intentione, at successu non optato, cum religio aliquid passa sit detrimenti. Annus obitus ejus dubius est. Mortuus tamen dicitur in vigilia S. *Dionysii* Episcopi & Martyris.

XIV. *Theo-  
doricus II.*

*THEODERICUS* II. laudabilis Antistes. (t) Cui *Henricus* Sanctus anno MIX., ad exemplum Antecessorum suorum, omnia privilegia solenniter confirmat, *Güntero* Cancellario, vice *Willegisi* Archicapellani, recognoscente. Dat. IV. Idus Mart. indict. VI. A. D. MIX. anno verò Domini *Henrici II.* Regnantis VII. Actum *Drutmanniæ*. Obiit A. C. MXXI. die S. *Juliani* Martyris, Pontificatus sui xvi. (u)

XV. *Sig-  
bertus*,

*SIGEBERTUS* multa Ecclesiæ suæ contulit bona, privilegia & ornamenta. Adiens enim hic Præsul Venerandus Regalem super eminentiam *Conradi II.*, interventu cunprimis conjugis suæ *Gisla*, nec non *Aribonis* Moguntini, *Pelegrini* Colonienfis, *Hunfredi* Parthenopolitani, & *Unyvani* Bremensis, Archiepiscoporum, *Branonis* Augustensis, & *Viggeri* Ferdensis, Episcoporum, *Bernarti* Ducis, *Sifridi* & *Hermanni*, Comitum, prædium quoddam, *Kemnum* dictum, in pago *Valim*, in Comitatu *Dancimari* Comititis, donari sibi atq; mancipari rogavit. Quod etiam *Conradus* faciens, cum omnibus suis pertinentiis, mancipiis, agris, pratis, silvis, molendinis, aquis, aquarumve decursibus, exitibus & redditibus, cultis & incultis, acquisitis & acquirendis, ante altare S. Petri & S. *Gorgonii* Martyr. manu ad manum S. *Mindensi* Ecclesiæ donavit, & in proprium tradidit, subq; mundiburdium ac defensionem suam suscepit. *Odatricus* Cancellarius vice *Atebonis* Archicapellani recognovit. Dat. IV. Non. Maj. indict. VI. I. I. anno MXXV. anno Domini *Conradi II.* Regis I. Actum *Ratispone*, A. D. MXXVI. I. I. (vv) in honorem S. *Martini* Episcopi fundavit monasterium in urbe *Minda*: cœperat etiam claustrum S. *Maria*. Sequenti anno, unâ cum Venerabili Episcopo Augustano *Brunone*, *Conradum* Salicum humiliter adiit, obsecrans, ut talia bona, qualia ipse in prædiis, mancipiis utriusq; sexus in dominationibus, nec non in ceteris utilitatibus, habet qua sita ad monasterium

(o) item stubam & fornacem constituit, & puleum plenarium. In isto sculpti habentur versus, B. *Gorgonio* oblatis: Sit tibi, *Gorgoni*, liber hic, rogo, valde decori,  
Ornari Milo quem fecit Episcopus anno,

*Chron. Mind. Meibom.* (p) utriusq; *chron. Mindens.* habet ann. 996. consentiente *Bucelino* l. c. (q) *V. egregius*, *Scharen* l. c. ad ann. 999. (r) propter aëris, nebulae q; & venti intemperiem ac turbationes, *chron. Mindens. Meibom.* & *Pistor.* (s) istud *chron.* habet 1009. (t) *Vit* eâ ætate egregius, *Scharen* l. c. ad ann. 1022. (u) 18. ann. *Menf.* 4. & 2. dies habent citata *chron. Mindens.* (v) non ad 1036. ut *chronica Mindens.* volunt,



riūm in *Minda*, & in usum fratrum, sub canonica regula inibi Deo seruiē-  
tium, noviter ab illo in honorem S. *Martini* Confessoris constructum, per Im-  
periale præceptum stabiliret & conservaret. Quorum petitioni pium ju-  
stumq; assensum præbens, ob interventum ac petitionem *Gisela* Imperatricis  
Augustæ, & amantissimæ suæ prolis *Heinrici* Regis, nec non *Arabonis* Magun-  
tini, *Philigrini* Colonienfis Archiepiscoporum, hæc prædia *Egisberon*, *Komi-  
min*, *Nigenborg*, *Schvrenorden*, *Hiltivvardingahusen*, in villis verò *Bracha* & *Fol-  
chardesdorfa* II. mansos cum omni silvatica utilitate, & Ecclesiam unam in vico  
*Grecini* & V. mansos *Ungilnbach*, mansum unum & in *Ratherisdorf* omnem  
decimationem vini, duos mansos in *Ubbusen*, in *VVolnatingahusen*, V. mansos  
in *Dribura*, unum mansum in *Stochein*, duos mansos in *Lein*, unum mansum  
ab Episcopo *Sigeberto*, quæ sita, vel quæ postmodum divinâ adjuvante cle-  
mentiâ acquisierit, exceptis his prædiis, quibus antea Ecclesiam Dei locuple-  
tavit ad monasterium, quod ipse *Minda* in honorem S. *Martini* à fundamento  
locavit, & in usum FF. inibi Deo famulantium stabilivit atque confirma-  
vit, eâ videlicet ratione, ut nec ipse, nec ullus successorum suorum potesta-  
tem habeat hæc eadem bona data, vel in posterum danda, à prædicto mona-  
sterio alienare, vel milites suos inde beneficiare, vel in aliquid aliud in com-  
mune Fratrum commodum commutare. Si quis autem Episcopus, absque  
eorum consensu & collaudatione, eadem bona abalienare, vel militibus suis  
in beneficium dare, vel in proprium usum transferre voluerit, ipsi fratres ad  
Nos nostrosque successores refugium habeant. *Odalricus* Cancellarius vice  
*Aribonis* Archicapelani recognovit. Dat. Idus April. indict. x r r. anno  
Mxxix. anno Domini *Conradi II.* Regnantis V. imperii verò tertio. Actum  
Regenspurg. Idem Imperator anno eodem eidem *Sigeberto*, etiam ob inter-  
ventum & petitionem *Gisela* Imperatricis, *Heinrici* Regis, & *Brunonis* Augu-  
stensis Episcopi, silvam quandam sitam in proprietate prædiorum Ecclesiæ  
*Mindensis* in pago *Entergorvi* in comitatu *Bernarti*, (x) & fratris sui *Ditma-  
ri*, ceterorumq; civium in eadem silva utque modo communione venandi  
habentium, in silvis, campis & paludibus inter flumina *Osterbeck* & *Alerbeke*  
ut que in medium flumen *VVermenem*, & inde usq; ad *Nortsublere* campum ad-  
curtem pertinens, *Sulegon* nominatam, forestari concessit, & banni sui distri-  
ctu circumvallavit, eâ videlicet ratione, ut nemo ulterius in eodem foresto,  
sine Episcopi successorumque suorum licentia, potestatem habeat venan-  
di, sagittandi, retia aut laqueos ponendi, aut ullo ingenio feras decipiendi,  
quæ merito sub jure banni continentur. Si quis autem hactenus imperia-  
lis præcepti temerarius violator extiterit, sciat, se Episcopo & suo  
Advocato banni nostri summam compositurum. *Odalricus* Cancellarius

(B) 3 vice

(x) Bernhardus, ejusq; fratres, erant ex familia Billungana, Bennonis filii. (Cita cum Adamo  
Bremen. l. 1. c. 14. v. amus,) non Bernhardum, cum Bernhard. & frater ejus Hermani  
Ducis nepotes fuerint.



vice Aribonis Archicapellani recognovit. Dat. III. Kal. April. indict. XII. anno MXXXIX. anno Domini Conradi II. Regnantis V. Imperii verò II. Actum Ratispone. Idem Imperator anno MXXXI. omnia privilegia ab aliis Imperatoribus data confirmat, dans insuper *bannum, moietam, teloneum & macellum publicum*. Odalricus Cancellarius ad vicem Aribonis Archicapellani recognovit. Dat. XII. Kal. Maj. indict. XIII. AD. MXXXI. anno autem Domini Conradi II. Regnantis VII. Imperii verò V. Actum Noyiomago. Idem *Conradus* anno MXXXIII. *Sigeberto* quoddam forestum sui scilicet juris forestari fecit. Incipit autem hoc forestum, ubi *Linderinus* flumen *Wesera* influit, & sursum contra ejusdem rivi decursum usque ad villam *Liusa* dictam, ad illum locum, ubi *Luzilurfontis* influit *Lumme*, & sursum contra illius rivi decursum usque ad villam *Halle* dictam ad illum locum, ubi publica strata iter super ipsum præbet rivum, & in ipsa publica strata, usque ad locum *Puregritte* dictum, ubi terminus est parochiarum *Mindensis* Ecclesiæ & *Hillesheimensis*, & inde per directum usque ad *Wabeche* fluvium, qui prædictos discernit Episcopatus, & sursum contra illius rivi decursum usque ad cacumen montis *Vogilari* dictum, & per totum ejusdem montis occidentale cacumen contra villam *Rena* dictam, & inde in fluvium *Wesera*, & per ejus descensum medium usque ad illum locum, ubi prænominatus *Linderinus* id ipsum influit flumen. *Borchardus* Cancellarius vice *Pardonis* Archicapellani recognovit. Dat. VI. Idus Julii AD. MXXXIII. Indict. I. anno Domini Conradi II. Regnantis IX. Imperii verò septimo. Actum Merliburg. Habebat *Conradus Saliquus* solennem curiam *Minda* in platea *Kampe* dicta, (y) ubi anno MXXX. *Adolfum Santerselevium* [ non *Salingleben* (z) ] primum Comitem *Schauenburgicum* creavit. (a) Quam dignitatem operâ *Sigeberti* nostri obtinuit. (b) Donavit insuper Ecclesiæ calices & thuribula argentea, & plenaria novem cum diversis materiis variè intus depicta, exterius verò pretiosis lapidibus auroque & argento exornata. (c) Obiit honorabilis Dominus (d) anno MXXXVI. die *Gereonis* Martyris, sepultus in monasterio, quod fundarat, *Martiniano*.

BRU-

(y) chron. Mind. utrumq; (z) Kranz. I. VIII. Sax. c. 26. & I. III. Metrop. c. 47. Dav. Chytr. L. I. Saxon. p. 87. Spangenberg. chron. Schauenburg. L. I. c. 4. (a) Vid. nor. Meibom. ad *Lerbecii* chron. Schauenburg. c. p. & *Bangert. nor.* ad L. I. chron. Slav. c. 36. p. 91. In his temporibus ad eundem *Conradum* Imp. in *Minda* venerunt Domini de *Santenslevo* de Diocesi *Magdeburg.* tempore *Sigeberti*, Episcopi *Mindensis*. Et *Adolf*, Vir strenuus, fidelis atque prudens, *urticarum montem* (*Nesselnberg*) in feudum recepit, & factus est Camerarius Episcopi castrum *Schorvenburg*, seu speculationis fundavit, ab Imp. prædicto Comes creatus & investitus est. *Erdman. chron. Osnabrug.* p. 206. (b) Vid. *Gobelin. Person. cosmogr. et. VI. c. 53.* (c) desumpta hæc ex utroque chron. Mind. cit. (d) Deo & hominibus acceptus, chr. *Mind. Meibom. Conrado* Imp., ob virtutum æstimationem, percreatus, præclarèque de sua Diocesi meritis. *Schæten. P. I. annal. Padeborn.* ad ann. 1036.



BRUNO, nobilis Saxo, (e) Canonicus antea Magdeburgi primarius, (f) & Conradi II. Cancellarius, rerum potitur anno MXXXVII. ex vetustissima *Santerslebiorum* familia ortus, omni curâ & amore amplexatus est Ecclesiam, cultum divinum ubiq; amplificando, bona & redditus sacros, Fratrumq; suorum præbendas de bonis suis paternis fideliter augendo; erga pauperes liberalis, erga omnes humanus & officiosus, optatus & religiosus Pater. (g) Monasterium B. *Maria à Sigeberto* Prædecessore inceptum consecravit & contummavit feliciter. S. *Martino* autem, aliisq; in Dicecesi sua, contulit plurima, ut ubiq; amorem & beneficentiam stillent vestigia ejus. Anno MXXXIX & MXLIX. *Henricus, Niger* dictus, jura & bona Ecclesiæ confirmat, *Theodorico* Cancellario, vice *Bardonis* Archicapellani literas istas recognoscente. Dat. X. Kal. Jul. anno MXXXIX. indict. VII. anno *Henrici II.* ordinationis XI. Regnantis autem I. Actum Anternacho. Has verò *Vvintherio* Cancellario, vice *Bardonis* Archi-Cancellarii, recognoscente. Dat. XIII. Kal. August. anno *Henrici III.* Regis II. ordinationis XX. regnantis quidem X. imperantis autem II. Actum Mindæ. Anno MXLII. de suo patrimonio construxit monasterium in ripa *Vilurgis* extra muros, in *Insula* dictum, in memoriam S. *Mauritii*, *Magdeburgensium* Patroni, memor adhuc beneficiorum illis acceptorum. Cunque cum *Brunone*, Comite *Valbeccensi*, (h) & *Sidago*, Abbatibus *Bergensibus*, familiariter vixerat, & laudabilem eorum disciplinam coram viderat, ex eorum cœnobio S. *Joannis* primos monachos Ord. *Benedict.* vocare voluit. Primus Prælatus erat *Meinvvartus*, Vir bonus & doctus. (i) Ut verò fideles animas alacriores & liberaliores existerent in adjutorium cœnobii hujus *Mauritiani*, ex thesauro gratiæ Omnipotentis Dei perpetuas indulget indulgentias secundum sequentes literas: *Bruno*, D.G. S. Mind. Eccl. Episcopus, omnibus & singulis Christi fidelibus, tam præsentis, quam futuri seculi literas has auditoris, lectoris, vel visuris, salutem in Domino sempiternam cum sincera caritate. Notum sit caritati vestræ, quòd ex motu proprio ad majorem Dei gloriam, & fidelium animarum salutem, nec non incrementum & adjumentum monasterii, à nobis fundati in *Insula*, in honorem Dei & S. *Mauritii*, indulgemus & concessimus perpetuam indulgentiam, indulgemus eam & concedimus omnibus & singulis, quicumq; in primariis & solennibus festis *Nativitatis Domini, Paschas, & Pentecostes*, item in omnibus festis solennioribus *Gloriosissima Dei Matris Virginis*, nec non in festo S. *Mauritii* & S. *Laurentii* Martyris, nec non S. *Benedicti*, in vera humilitate, & devotione ad prænominatū

mona-  
(e) ex illustri familia Saxo, profatus, Meib. in chr. *Bergensi* p. 15. in Archi-Diceces. *Magdeb.* chr. *Mind.* Meibom. Ekberto Marchioni consanguinitat. propinquus, Id. chron. Rev. & Illustris Pater & Dominus S. Bruno fuit ex Marchionum *Brandenburgensium* sanguine ortus, pervigil *Dominici* gregis custos, chron. *Osnabrug.* Erdman. p. 207. (f) non ex monasterio *Magdeb.* assumtus, *Buechn.* l. 1. p. 30. B. sed choro *Magdeb.* Ecclesiæ; *Kranz.* l. 1. V. *Metr.* c. 21. (g) Vir præstantissimus, Id. l. c. (h) quædam sedes fuit in *Hollandia* propè *Helmstadium* ad fl. *Alaxim*; (i) Conf. Meibom. chr. *Bergense* p. 15. seq.



monasterium sacra & spiritalia beneficia cupientes, accesserint per octo integros dies, & verè contriti confessi fuerint, & præterea ad idem monasterium conservandum, ampliandum, instaurandum, vel quòvis piò modò defendendum & exornandum, quisque pro facultatibus suis, pias elemosinas liberaliter in vera caritate dederint aut miserint, & omni, quò poterint, promoverint modo, Nos de misericordia DEI confisi, XL. dies & unam Katenam de injuncta eis pœnitentia singulis annis in perpetuum misericorditer relaxamus. Minden anno Domini MXLIV. in vigilia S. Benedicti. Anno MXLVI. consecravit monasterium in *Kamnaden*. Ut verò vexatio majorem daret intellectum, (*k*) *paralyti* tactus, ut per quinquennium nec manus nec pes officium suum faceret, sed latus in sella de loco in locum. Patientiã tamen omnem ægritudinem in spe & silentio tulit. Reddidit Deo animam cum fama sanctitatis anno MLV. (*l*) Die S. Scholasticæ Pontificatus sui XVIII. expectans adventum Domini apud *Insulam* suam.

Condidit hoc templum, quem claudis, Bruno, sepulcrum,

Præsul, honor patriæ, lumen & Ecclesia.

Idibus in quartis Februi caligine mortis,

Te cinis in cinerem: Da Deus huic requiem.

**XVII. Engelbertus.** *ENGELBERTUS*, seu *Egilbertus*, (*m*) è Bojaria nobilis, Canonicus antea *Papenbergensis*, devotione, modestiã & puritate vitæ totam Ecclesiam illustrans, (*n*) idè infimis & summis carus. *Heinricus* sanè *IV.* precante Matre ejus *Agnete*, ob fidele servitium amici sui *Annonis*, *ArchiEpiscopi* *Colonien-*  
*sis*, prædium quoddam, *Losa* dictum, situm in *Pagaloso*, in Comitatu *Bernarti*, cum utriusq; sexus mancipiis, ædificiis, terris cultis & incultis, pratis, pascuis, silvis, venationibus, aquis, aquarumve decursibus, viis & inviis, exitibus & redivibus, quæsitis & quærendis, & cum omnibus ad idem prædium pertinentibus, ad monasterium, i. e. Ecclesiam *Mindensem*, tradidit liberaliter, *Vvantherio* Cancellario vice *Leopoldi* *ArchiCapellani* recognoscente. Dat. V. Mart. anno MLVIII. Indiët. XI. anno autem Domini *Heinrici IV.* Regis ordinantis *IV.* Regni II. Actum *Mindæ*. Idem Imperator privilegia, bona & jura *S. Mindonensis* Ecclesiæ, more aliorum, confirmat, *Gevehardo* Cancellario, vice *Luitpoldi* *Archicancellarii*, recognoscente. Dat. VI. Kal. Aug. anno MLIX. indiët. XII. anno autem ordinantis *Henrici* Regis *IV.* (*VI.*) Regni II. Actum *Polide*. Sub eo tota Ecclesia *Mindensis* cum urbe anno MLXII. die *S. Vincentii* Martyris, præsentè & spectante *Heinrico IV.*, concremata est, cum omnibus ornamentis & donariis, ac reliquiis, quotquot unquam pii Reges & aliæ fideles animæ contulerant. Hinc *Heinric. IV.*, ob interventum & peti-

tionem  
 (*k*) Dominus vas electionis suæ in camino tribulationis jussit probari & purgari. *Krantz*, l.c. & *chron. Mind. Meibom.* (*l*) 1056. idem *chron.* habet, (*m*) etiam *Eilbertus*, vid. *Corberi* *dissert. de Goslar.* c. 4. §. 23. (*n*) Pontificalis modestiæ Vir, ætate & vitæ innocentiã admodum laudabilis & venerandus, *chr. Mind. Meibom.*



tionem fidelium suorum, scilicet *Annonis* Colonienſis, *Adelbarti* Hamma-  
 burgenſis, *Engelharti* Magadaburgenſis ArchiEpiſcoporum, ac *Burchardi*  
 Halverſtadenſis Epiſcopi, & maxime ob jure & fidele ſervitium *Egilberti*  
 noſtri, eidem Eccleſiæ curtem *Lashuggeri* (o) vocatam, in pago *Angeri*, (p)  
 in Comitatu *Otonis* Ducis, ad reſtituendum ex incendio hoc damnum, cum  
 omnibus appendentiis, rebus & utilitatibus in proprium tradidit, eâ videlicet  
 ratione, ut prænominata Eccleſia hoc Regiæ munificentiae donum, omnium  
 mortalium contraditione reinotâ, perpetualiter poſſideat, & æternæ beati-  
 tudinis præmia tam *Heinrico* Regi, quàm Parentibus ſuis fidelibus, vivis ſeu  
 defunctis, obveniant. *Fredericus* Cancellarius, vice *Segefredi* Archicancel-  
 larii recognovit. Dat. XVI. Kal. Aug. anno MLXIII. indiçt. I. anno autem  
*Heinr. IV.* Reg. ordin. III. Regni verò VI. Actum Goſlarie. (q) In hoc in-  
 cendium ita *Paul. Notrelborg*:

*Si rigida mentes, ſpirent ſi templa teporem,*  
*Subdit iis magnas mox Deus ipſe faces:*  
*Aſtra quid incuſas? quid ferrea fata? quid ignem?*  
*Quid calum memoras? maxima culpa tua eſt.*  
*Hinc iſta lachryma! Deus eſt, ut feceris ipſum,*  
*Eſt durus Pater, eſt blandus itemq; Pater.*  
*Ite boni, atque pias lacrymas aſſundite flammis,*  
*Sic leſi extinctus Numini æſtus erit.*

Anno MLXXI. Eccleſia hæc ab *Engelberto* & *Rudolfo* Epiſcopo Schleswi-  
 cenſi in honorem S. Trinit., S. crucis, B. Virginis, omniumq; Sanctorum,  
 denuò conſecrata eſt. Idem *Engelbert.* Eccleſiam fori S. *Joh. Bapt.* igne etiam  
 deletam ex bonis opulenti civis Mindenſis reſtauravit. Sedit ipſe annis  
 XXV. Menſ. VIII. dies XIX. mortuus anno MLXXX. in craſtino S. *Andrea*  
 Apoſtoli, (r) humatus in templo *Martiniano*, (ſ) (cui multa contulerat,) in  
 choro juxta Anteceſſorem ſuum *Sigebertum*.

*REINWARDUS*, *Raymundus*, canonicè quidem electus erat, at *XVIII. Rein-*  
*Folckmarus*, Canonicus antea *Hilleſhemenſis*, connivente *Heinrico* Rege, mul-  
 tas ei faciebat moleſtias. Hic enim, operâ cognatorum ſuorum potentium,  
 volebat ingredi in ovile contra præceptum Domini. (t) Sed contra niſus  
 ille. Regnavit uſque in annum MLXXXIX. in craſtino B. *Matthæi* Apo-  
 ſtoli. (u) FOLCK-

(o) Chr. *Schaumburg*, *Lerbecii* legit: *Lezingehrn*, chr. *Oſnabrug*. *Erdmann*. *Lezeriogen*.  
 (p) Bene explicat hunc *Meibom.* de pagis Saxonie. T. III. *Rer. German.* p. 97. ſeq. (q) *Conf.*  
*chron. Oſnabrug.* cit. p. 207. (r) In craſtino S. *Martini* habet *chron. Mind.* *Meibom.*  
 (ſ) Verſus ſarcophago inſcriptos dat *Kranz.* L. IV. *Metrop.* c. 37. & *chron. Mind.* *Mei-*  
*bom.* (t) Jam enim ambitio, pernicioſum malum, Præſidentium irrepreſerat in Eccle-  
 ſiam. Pax erat rebus à perſequentibus, multiplicabantur Eccleſiarum prædia Pontificum  
 diligentia, & bonorum devotione cordium, inde ſe inſinuaverat ſemen Zizaniorum, quod  
 perturbaverat tempora hujus Pontificis. *Kranz.* l. V. *Metrop.* c. 25. (u) Sic etiam  
*Kranz.* l. c. *chron. Mind.* verò habet in craſtino (tertio) cathedræ S. *Petri*.



**XIX. Folckmarus,** **FOLCKMARPUS** (w) Simoniacus, intrusus, & non vocatus, terribilem exitum habuit. A sancto enim *Gorgonio*, Patrono Ecclesiæ, mediâ nocte gladio necatus est. Apparens hic Ecclesiæ majoris custodibus monuit, ut pro defuncto *Folckmaro* signum darent. Dubitantibus illis monstrat pallam altaris sanguine conspersam, in quâ gladium absterferat. Hinc illi iussa in timore fecerunt. Necatus autem est ipso die decollationis *S. Joh. Bapt.* Anno **MXCVII.** (x) Non reputatur inter Episcopos, nec memoria ejus annua fit, cum tanto honore indignum se fecerit. Quò venerit, ipse viderit. (y)

**XX. Odalricus,** **ODALRICUS** excessit VI. Id. Decemb. die *S. Evtychiani* Martyris indict. IV. quo anno, nascitur.

**XXI. Godeschalcus.** **GODESCHALCUS** moritur in die *S. Valeriani* Indict. V. (z) anno, ut ajunt, **MCXIII.** (a) Puto, intra annum utrumque Episcopum esse extinctum, *Odalricum & Godeschalcum*, cum

**XXII. Wedelo.** **WEDELO**, *Widelo, Wirelo*, annò **MXCVIII.** Episcopus vocatur. (b) Sub eo moniales aliquot *S. Augustini* ex *Overenkerken* delumptæ intrarunt cœnobium in *Werder* (c) propè *Hanoveram*, à nobili & honesto Comite (d) *Conrado de Wunstorp* fundatum. (e) Factum hoc in festo *S. Catharina* Anno **MCXIV.** Vixerant antea ibi Canonici *Regulares*, at propter vitam minus religiosam migrare coacti locum reliquerunt Sanctimonialibus ex *Overenkerken.* (f) Obiit anno **MCXX.** indictione XIII. (g) die *Innocentium.*

**XXIII. Sigwardus,** **SIGWARTUS**, Segewartus, nobilis Saxo, ab inferioribus ad sublimiora gradatim ascendens, donec anno **MCXXIV.** die *Palmarum*, præfente

(vv) hoc anno (1089) post obitū *Reinyvardi*, *Mind.* Episcopi, acerrimi catholicarum partiū propugnatoris, ab *Henrico* Rege vi armorum impositus est *Volmarus*, qui jam antè à *Pseud.* synodo *Moguntina*, vivo adhuc *Reinyvardo*, intrudic operat. *Schaten. P. I. annal. Paderborn.* ad ann. 1089. (x) 1094. *chron.* habent *Mindens.* At hoc anno (1097.) adhuc vixit, & subscripsit confirmationi *Henrici* Regis, donationem prædii in villa *Surmesbere*, *Abbati Helmevvardehusano* factam, continentis, *l. l. c. ad h. ann.* (y) malè ingessum, deterior progressum, verisimile est, non bene egressum. *Kranz. L. VI. Metrop. c. 35.* (z) Hos duos Episcopos *Kranz* in *Metropoli* denuo prætermisit. (a) 1112. secundum *chr. Mind. Pistor.* (b) Eidem rei facit diploma *Henr. III.* apud *Schaten l. c.* ad ann. 1098. (c) *Kranz. L. VI. Metrop. c. 33.* perperam *Verden* vocat, (d) *Hugo miles & Joann. dicti de Escherte* vocant *Domnum suum Joann. Comitem de Roden & Wunstorp* etiam nobilem & honestū anno 1329. Plura germanæ simplicitatis & modestiæ in titulis exempla. vid. apud *Meibom.* in *not. ad aut. bull. Andronici Imp.* & in *disert. m. hist. XV.* (e) *Lauenrodii*, seu *Rodii*, *Wunstorpenses* & *Limberiensis Dynastæ* ejusdem originis & profapæ sunt. Hic *Conrad.* tres habuit filios, quorum posteri à distinctis locis, ubi sedes habere suas, denominari volebant. Qui enim *Lauenrodia* è regione *Hanoveræ* habitârunt, *Lauenrodii*, qui *Wunstorp*, *Wunstorpenses*, et si interdum etiam de *Roden* dici voluerunt, & qui in pago *Limmer*, eidem propè *Hanoveram*, domicilium habebant, *Limberiensis* seu *Limmerenses Comites* dicti sunt. Vid. *not. Meibom.* ad *hist. de Henrico Leone T. l. rer. Germ. p. 443.* (f) *Chr. Mind.* hoc referunt ad *Sigwardum*, (g) XIV. habet *chr. Mind. Pistor.*



præfente Legato Apostolico, (b) consecratus est solemniter. Contulit Ecclesiæ suæ multa alia inter bona centum mansos, *Henricus* Brunsvicensis verò largitus est nobis brachium S. *Gorgonii* pretiosè ornatum. Erat sacerdos quidam in *Leveren*, (i) opulentus & beneficus, qui pro remedio animæ suæ, & ad majorem Dei gloriam, templum ibidem parochiale in monasterium Sanctimonialium Ordinis S. Benedicti commutare sibi proponens, adiit Sanctissimum Dominum & licentiam abs eodem petiit. Quâ acceptâ, voto suo satisfecit, curam istius à se constructi cœnobii postea ut Præpositus fideliter suscipiens. Quartus post eum Præpositus ex ligneo fecit lapideum. Imagines horum quatuor Præpositorum in memoriam servatae sunt, & subter eas versus:

*Fundavi, rexi, successi, pondera rexi.*

Anno MCXXII. *Adolfus*, Comes Schauenburgicus, in *Insula* sepultus est. Sed *Sigeyvardus* annis XX. mens. I. dies XVI. die B. *Victoris* triumphum cantans cum victoria de hostibus suis gloriosè devictis. (k) Cubat in Ecclesia *Idenhusana*, quam in honorem XI. millium Virginum de bonis suis paternis fundaverat,

**HEINRICUS I.** Salutaris disciplinæ Benedicti olim Ordinis reformatio à *Joh. Mindano* primùm cœpta, (l) longè latèque celebrem fecerat *Bursfeldiam* ad *Weferam*. Rectè igitur Fratres *Mauritiani* in *Insula* *Henricum*, ex eodem monasterio postulabant Abbatem. Ob prudentiam denique, devotionem & singularem agendi dexteritatem omnium votis Episcopus electus est. Anno MCXLI. (m) administrabat Ecclesiam suam laudabiliter, ut egregius Pastor, amabilis Pater, & sapiens œconomus. Sub eo duo insignia cœnobîa Diœces. Mind. trans *Witaram* structa sunt, *Schimma* (n) nimirum & *Lucca* ad *Leynam*. Illud Ordinis *Benedictini*, hoc reformationis *Cisterciensis*: illud à Comitibus de *Hallermund*, hoc à Comitibus de *Oldenburg* & *Hallermund* simul: illud in honorem S. *Viti* Martyris, hoc in memoriam S. *Georgii* Mart. conditum; & illud quidem anno MCXLVII. (o) hoc anno MCXLIII. (p) illius primus Abbas ex monasterio S. *Michaëlis* in *Hillesheim* defunebatur, Vir tanto honore dignus.

XXIV.

*Henricus I.*

(C) 2

dignus.

(b) Papa Calixto, ait utrumque chr. Mind. Conf. chr. S. haueb. Lerbec. p. m. 499. (i) al. *Leneren*, (k) chron. cit. ad hunc referunt reformationem VVerdensẽ, quod etiam *Kranz*, L. VI. Metr. c. 37. Sui oblitus eod. libr. c. 33. fecit. Verum id si factum, eod. *Kranz*, notante, anno 1114, & *Sigeyvardus* demum anno 1124. cœperit, errorem facile palpabis. (l) vid. post alios chr. *Bergens*. Meib. p. 42. seqq. (m) quæ magnæ suæ virtutis testimonia, ut primum de alieno monasterio assumeretur Abbas, inde ex eodem monasterio vocaretur ad regendam Ecclesiam Mindensem, *Kranz*, L. VI. Metr. c. 42. (n) *Schimma* Id. l. c. (o) chr. Mind. Pistor. & *Kranz*, l. c. habent 1148. *Bucelin*. Germ. foc. P. II. p. 19. 1145. (p) Chr. Mind. cit. habet 1153. chr. Comit. Schauenb. Lerbec. p. 505. 1163. Add. not. Meibom. ad idem p. 527. seq. *Bucelin*, l. c. p. 55. 1147.



dignus. (q) Idem *Heinricus* fratribus suis contulit curiam amplam in *Gehlenbeke*. Vocatus à Legatis Apostolicis *Eugenii III. Gregorio & Bernarto*, S. R. E. Cardinalibus, (qui nuper *Heinricum Moguntinum & Borchardum Eystadiensem* etiam deposuerant,) quòd ipse *Heinricus* Clericum aliquere oculis privari passus fuerat. Et cum factum nec negare, vel excusare posset, sponte se abdicavit Diœcesi, reversusque ad monasterium suum *Bursfeldense*, ubi in pace obdormivit anno *MCLIII.* in crastino *S. Potentiana* Virginis, postquam Ecclesiæ *Mindensi XII.* annis cum laude præfuisset. (r)

XXV.  
Wernherus.

*WERNHERUS*, nobilis Saxo, (f) ex Præposito majoris Ecclesiæ eligebatur Præful *XXV.* Miles quidam, cuius nomen erat *mirabilis*, quòd ubique mirabilia faceret, largus & insignis benefactor Ecclesiarum, castrum suum propè *Indaginem* convertit in capellam, eamque cum curia multisque aliis bonis pro refrigerio animæ suæ Monachis Benedictinis in *Insula* dedit, qui adhuc nominant *Mirabelsbroeck*. (t) Anno *MCLVIII.* *Vicelinus* Hamelensis, penultimus Episcopus Oldenburgensis in *Wagria*, in Domino obdormivit, de Ecclesia DEI insigniter meritus. (u) Quadriennio antè *Wernher* monasterium *Schinnense* dedicavit solemniter. (w) Anno *MCLXIV.* *Adolf.* Schauenburgicus in australi parte Majoris Ecclesiæ conditus est. (x) Decessit ipse *Mirabilis* circa ann. *MCLXVIII.* (y) & jacet ante altare B. Virginis in majori Ecclesia versùs partem borealem. *Wernher* autem obiit anno *MCLXXII.* in vigilia *S. Martini* Episcopi, dignitatis suæ *XVII.* (z)

XXVI.  
Anno.

ANNO, s. in *Hanno*, Comes de *Blanckenborg*, Vir sincerè devotus, cuius summa cura studiumque fuit in colligendis reliquiis Sanctorum, quòd damnum aliquatenus repararet, ex terribili incendio sub *Engelberto* illatum. Longè latèque conquisivit eas pro patrocinio & ornamento Ecclesiæ suæ, multasque

(q) Num *Benno* fuit? quo de aut. chron. monast. S. Mich. in *Hildesh.* edit. *Meibom.* T. II. rer. Germ. p. 519. ita: Vir fuit multæ prudentiæ & providus, in consiliis justus, in iudicio à dextris & sinistris: quicquid verbis monuit, hoc factis adimplevit, denique post multarum virtutum insignia alibi cum honore sublimatus circa ann. 1144. (r) *Kranz.* l. c. cum duobus chron. *Mindens.* habet ann. 1156. *Schaten.* verò l. c. ad h. ann. cum *Buffone* nostro sentit. (f) duo chron. *Mind.* cum *Bucelin.* l. a. p. 31. a. *Vilhelmi* Imp. consanguineum faciunt. Quo vero *Kranz.* L. VII. *Metrop.* c. 6. explosit, magno cum genere ortum pronuncians, vel ex *Conradi*, seu *Friderici* Imp. vel ex Saxonico genere, ut *Lotharii* Imp. fuerit propinquus. (t) Sequitur *Buffo* utrumque chron. *Mind.* quæ etiam, ad *Vernerum* hunc mirabilem referunt. At chron. *Schaumb.* cit. p. 499. ait: *Videlonem* Episcopum anno 1120. capellam istam in honorem S. crucis & *Ægidi* Abbatis consecrâsse. Quod si ita sit, fallunt utique *Buffo* & chron. ista. (u) vid chron. *Lubecense* *Crummedyck* T. II. rer. Germ. *Meibom.* p. 394. & chr. *Slav.* L. I. per tot. ferè, nec non chron. *Episcop.* *Oldenburg.* *Evermoti*, (v) chr. *Mind.* *Pist.* habet ann. 1150. (x) Sanctâ devotione inter altare S. *Matthæi* Apostoli & B. *Cathari*, Virg., quod ipse fundârat, in octavâ SS. *Petri & Pauli*, *Lerbeck.* in chr. *Schaumb.* & chr. *Slav.* L. II. c. 5. (y) Chr. *Mind.* *Pist.* habet 1167. (z) *Kranz.* l. c. 1167. *Bucel.* l. 2. 1160. Verùm anno 1168. in lit. donationis *Flechtorpica*lis. ænobis testes inter repentur. *Schaten.* P. I. annal. *Padeborn.* ad h. ann. cui igitur cum *Buffone* 1172. placet, non sequas, ait chr. *Mind.* *Meib.*



ex Saxonica expeditione propè Brunswich attulit. (a) Dedit *Heinricus Leo* curiam in *Lorben* cum omnibus pertinentiis, & brachiū *S. Gorgonii*. (b) Primo Pontificatūs sui añō Ecclesiam *Honrodanam* in honorem SS. Petri & Andreae Apostolorū solemniter consecravit. Idem capellam cū castro veteris montis *Pückeburg* à Comite de *Werfen* Sanctimonialibus in *Overkercken* contulit. (c) præterea, cū sciret Anno, magnam copiam reliquiarū servari in *Corbeia*, perit aliquot à *Conrado*, religioso Abbate, qui etiam varias misit, prout literæ utriusque indicant.

Anno, Dei gratiâ, Episcopus in *Minden*, Rev. Abbati totiq; Congregationi SS. Martyrum *Stephani & Viti* in *Corbeia*, salutem & gratiam in Domino sempiternam. Noverit caritas vestra, Dilecti Fratres, quā irreparabile damnum Ecclesia nostra ex incendio sub Antecessore meo bonæ memoriæ *Engelberto* passa sit, in quo non tantum omnia ornamenta, cleinodia, & donaria, ab ipso foundationis tempore fideliter custodita uno die perierunt: sed (quod magis dolemus & dessemus) tot Sanctorum reliquiæ nunquam reparanda. Magna profectò jactura. Cū ergo nos damnum hoc aliquantulum resarcituri paternæ cura sollicitè studeamus, & compertum habeamus, magnum rarumq; thesaurum in vestra potestate esse, amicè rogabimus, ut ad excitandam majorem devotionem, Ecclesiæ ornamentum, damniq; nostri levamentum, aliquot nobis elargiri dignemini. Laudabimus hanc benevolentiam, & grati erimus, quocunq; poterimus modo, siquidem caritatem vestram ex animo diligimus. *Mindin* anno Domini *MCLXXXIII*. ipso die *S. Mauriti* & sociorum *Mart.*

Responsum *Conradi* hoc est:

Ego *Conradus* indignus Abbas Monasterii *S. Stephani & Viti* Martyrum in *Corbeia* cum tota Congregatione à Deo mihi commissi Venerabili patri, Domino *Annonj*, *S. Ecclesiæ* in *Mindin* Episcopo devotissimo, salutem & gratiam & benedictionē in Domino, nec non obsequia nostra in vera humilitate sempiterna. Quamvis eodem lamentabili casu non semel omnia nostra deperdita sint, multasq; Sanctorum reliquias vorax flamma nobis abstulerit, ne tamen tam amicis precibus & honesto desiderio Venerabilis paternitatis vestræ ullo modo deesse videamur, per dilectum Fratrem & Præpositum nostrum

(C) 3

Meyn-

(a) Anno 1180. (b) chr. Mind. Pift. Sigevardo, Meib. Annoni tribuit, chr. Schauenb. ad ann. 1169 refert, adductâ causâ. (c) Lerbeck l. c. sic: anno 1172. Præsul Mind. Ecclesiam villanā in *Honrode*, ex opposito castri *Schavenburg* olim *Harode* dicta, à constructione ejusd. castri, à situ *Honrode* nominatum, anno tertio in honorem B. Petri & Andr. Apostolorum consecravit. Hic Præsul ex Comitibus de *Blank nburg* ortus capellam & castrum veteris montis *Bukeborg* cum omnibus suis pertinentiis à *Thidrico*, Comite de *VVerbende*, LXXX. marcis datis, de consensu FF. suorum *Sigfridi*, *Brem*, *Archi* Episcopi, *Bernardi* Ducis *Saxi*, *Otonis*, *March*, de *Brandenburg*, monasterio *Overkercken*, ob reverentiam *Ving. B.* & ceteris ejusd. cœnobii moniales habentes vitæ necessaria, se in monasterio continerent, Domino fideliter servientes comparat, & perpetuis temporibus assignat anno 1170. ind. 13. Castrum *Honrode* *Conrad* Comes de *Rothe* edificavit. *Ann. Lubec. L. II. c. 10.* Si verbò *Lerbeck* per ann. tertium Præsulatus *Annoniani* annum intelligit, errat. Hic enim foret 1175. *Tidricus* de *VVerbende*, est Comes de *VVerben*, non *VVerfen*, ut *Bullio* vult. Annus assignationis 1170. etiam suspectus est, cū eo tempore Anno non sedecit.



*Meynhartum* obsequiosè mittimus portiunculam de *S. Albano* & *S. Genofesa*, de *S. Kalixto*, de *S. Colomanno*, de *S. Eriberto*, de *S. Florentia* & *S. Materniano*, de *S. Stephano* nostro, Archi-Episcopo & Martyre, dimidium brachi, dentem de *S. Ansgario* nostro, & portiunculam costæ *S. Bonifacii*, non dubitantes, quin efficax horum Sanctorum apud Deum intercessio Ecclesiæ vestræ valde sit proficua. Ego verò cum conventu meo Venerandæ Paternitati V. me commendo, Deum supplicans, ut gratiâ & benedictione suâ Eidem assistat in perpetuum. In Cerbeia nostra Anno Domini MCLXXXIII, die SS. *Cosma* & *Damiani* Mart.

Et sanè operâ *Annonis* Ecclesia multùm ditata & dotata est. (d) Multa etiam pretiosa ornamenta contulit *Oda* de *Blankenberg*, proba anima. (e) Notabile, reliquias *B. Mariae magdalene* tot inter exustas mansisse illæsas. Quo miraculo Canonici nostri Majores commoti in argenteo capite eas devotè postea collocabant. Quod dum cerneret *Bruningus* de *Eugelingborstel*, (f) Decanus eorum, irreverenter & pollutis manibus tangens eos, (scopiticè & contumeliosè dixit: *ergone ob istud osciculum tanta fieri debebant expensa?* subito autem pustula magnitudine nucis majoris (g) in dextra sua magna cum inflammatione & intolerabili cruciatu prorupit, ut ad amentiam ferè redactus sæpius exclamârit: *S. maria magdalena miserere mei! ah miserere mei! tuam enim promerui vindictam. Sed miserere mei! nuncupabo tibi votum nunquam penitendum.* Contaminaverat se priori nocte cum muliere, quod ipse fallus est, & Deum irritârat in sancta sua, quod ulcisci voluit vindex scelerum. *Friedericus I.* Imp. paci Ecclesiarum inter gravissimas bellorum tempestates providere cupiens & intendens, eas præsertim, quas sibi devotiores & Imperio ad serviendum promptiores cognoverat, plus ceteris honorare voluit & debuit. Inde est, quòd Ecclesiam *Mindensem*, quæ devotum obsequium cum sincera & devota fidelitate hætenus ei exhibuerat, favorabili & sereno gratiæ suæ affectu amplexabatur, pro rogatu & voluntate fidelis dilectique sui *Annonis*, cogente rigore justitiæ, Majestatis suæ auctoritate districtè præcepit, ne ullus Comes seu advocatus, nobilis seu ministerialis, servus aut liber, Canonici in domibus & areis claustralibus & sacerdotibus, inq; domibus & areis dotalibus aliquas omninò injurias irrogare præsumat, & ne aliquis ex his, quos prætaxaverat, in prædictis domibus & areis aliquid sibi juris addicat. Violatorem hujus præceptionis reum Imperatoriæ Majestatis constituit. Et ne quis putet, quòd in hac tam rationabili quàm necessaria pacis Ecclesiasticorum roboratione steterit pro ratione voluntas, & magis instantia & præsentia Episcopi, quàm justitia valuerit, hoc contestando scripsit Imperator, quod prædictam sententiam *Endericus*, marchio de *Lusitz*,

(d) recensent aliquot reliquias chron. Mindensia, (e) dicit ea tibi chron. Mind. utrumque, (f) *Engelingheber*, chr. Mind. Meibom, (g) Id. chron.



*Lusitæ*, (h) in palatio regio apud *Cremonam*; approbantibus eam Imperii Principibus, ediderit. Obdormiuit in Domino pius Anno M C I XXX V. (i) in crastino *S. Valentini* Martyris, Pontificatus sui XIV. relinquens piæ posteritati gloriosum sanctitatis nomen. (k)

B. *DITHMARUS*, Antistes ex voto salutaris. (l) Die Parasceves sacris XXVII. finitis, ob reverentiam Dominicæ passionis, solâ aquâ & panis contentus esse volebat. Aqua verò à ministris allata in manu Pontificis geminâ vice commutabatur in vinum. Putans igitur, se falli à famulis, ipsemet abiit & hausit, verum purum vinum erat. Miratus igitur benedictionem divinam cum gratiarum actione bibit, Dominumque in donis suis glorificavit. Ipse coëlegit *Ottom IV.* Imperatorem. (m) Et sub eo detectæ sunt *argentifodina* in Diœcesi sua. Quæ cum ad regalia Imperialia absolutè pertineant, *Henricus VI.* Imp. ex singulari gratia Ecclesiæ *Mindensi* duas earundem *argentifodinarum* partes, cum omni fructu & perpetuo jure rationabiliter inde proveniente, donavit, tertiam verò partem totius *argentifodinae* & totius fructus, seu juris exinde provenientes, sive ex DIVINA, quæ in aliis locis recipi solet, (n) seu ex jurisdictione, vel iudicio, vel alio quocunque modo proveniat, sibi reservans. Quo in loco autem repertæ fuerint, hariolari non licet. (o) Quamprimùm tamen Rex de his audiret, ad Episcopos & Comites omnes in Diœcesi *Mindensi*, *Ossenbrugensi* & *Padebornensi* scripsit, notumque fecit, ut quoniam omnis *argentifodina* ad jura sua Imperii spectet, & inter regalia Cæsarea computata sit, nullus in hac quid juris sibi sumeret, nisi à liberalitate regia valeat specialiter impetrare. Mandat igitur omnibus & singulis, sub obtentu gratiæ suæ præcipiens, ut nullus eorum se de prædicta *argentifodina* intromittat, nec aliquid juris sine ejus licentia in ea usurpet. Dat. apud *Nonnenstein* XII. Kal. April. Ideirco miserat cum hoc mandato *Puntium* & nuncium suum fidelem, qui de ista *argentifodina* ordinaret & disponderet, prout *Henrico* videbatur expedire. Et ad remotionem omnium litium tradiderat simul *Puntio* suo donationem Ecclesiæ nostræ factam. Sic Cæsar duas partes *Mindensibus* donavit, tertiam verò sibi totaliter & integrè reservans. Si quis hoc concessionis & confirmationis præceptum violaverit, centum libras auri solvat, medietatem Camerae Imperiali, alteram Ecclesiæ *Mindensi*. Testes fuere *Henricus* de

(h) *Lusatia* (i) 1175. habet *Bucelin*. (k) Idem L. vocat eum Virum Deo dilectum & sanctum. (l) Vir sanctissimus & miraculis clarus. *Schæten* 1. ad ann. 1189. & omnium Virtutum ornamentis conspicuus. Id. ad ann. 1206. (m) *Meibom*. T. III. *German*. p. 120. dabit diplom. n. quid autem vox *divina*? quam non tantum Collector privilegiorum *Mind.* à *Pistor* addit. p. 743. sed etiam *Goldast*. T. III. *Monstir*. *Imperial*. p. 362. & alii, quotquot istum locum citant, referunt. Scribendum potius *decima*. Hæc enim in his locis recipi solet. (o) sicit quidem. *Schæten*. 1. ad ann. 1189. quæ et *Tentonicos* montes se explicat ad fines *Ossenbrugensis* & *Paderbornensis* Episcopi. Quæ an tibi sufficiant, nescio.



de *Nenneffen*, *Arnold de Hornebert*, *Hunifred de Falckenstein*, *Heinricus de Litt*, *Camerarius Walterus*, *Comes de Sano*, *Godeboldus Comes Senegaliensis*, & alii. Dat. apud *Nonnensteden* anno *MCLXXXIX*. indict. *VIII*. *XII*. Kal. April. *Simon*, Præpositus majoris Ecclesiæ, & *Ditmari* Episcopi consanguineus, in honorem *S. Martini* fundat (p) monasterium monialium *Neudorpii* (q) Ordinis *D. Benedicti*. (r) Alius Præpositus, nomine *Ramvvardus*, circa annum *MCCV*. fundavit in urbe Ecclesiam *Collegiatam* in memoriam *S. Joh. Baptistæ*. Et *Iko*, majoris Ecclesiæ Decanus, Ecclesiam *S. Simconis* à Nostro anno *MCCXIII*. consecratam. (s) Sub eo orti sunt in urbe *FF. Prædicatores* Ordinis *D. Dominici*. Alii primordia Comitum *Hojensum* ad hujus tempora reducunt. (t) Sedebat annis *XXI*. mens. *IV*. & totidem diebus. Vitam finit anno *MCCVI*. in vigilia *S. Thomæ de Aquino*. Jacet retrò altare *Petrinum* in templo nostro cathedrali.

## XXVIII.

*Henricus II.*

*HEINRICUS II.* an successerit circa annum *MCCIX*. & triennio post decesserit, non adeò liquet. Posterius equidem facillè crediderim, (u) at prius dubium est. Puto, eum obiisse anno *MCCIX*. Ceterum nihil reperitur de eo in fastis nostris, nisi quod ad præbendas fratrum decimam *Bishopshaga* contulerit. Est tamen memoria ejus in benedictione. (vv) Symbolum ipsius: **SIMPLICITER**, quo de *Petrus Ysenkop* ita:

*Simpliciter qui cuncta facit, bene singula fecit;*

*qui bonus, est rara simplicitatis amans.*

*Sublimes anima modò simplicitate probantur,*

*qui non est simplex, magnus is esse nequit.*

*Tu simplex, Heinric, probus rectusq; fuisti,*

*qui bene vult, vivat, vivere, SIMPLICITER.*

## XXIX.

*Conradus I.*

*CONRADUS I.* Comes *Dipholdanus*, castrum *Reinbergense* anno *MCCXIII*. extruxisse dicitur. Condiderat Episcopus *Mindensis* in sua Diocesi celebre *Virginum* monasterium reformationis *Cisterciensis* in *Bishoprode* prope *Greuen alveshagen*, quod sub *Conrado* (x) modò per *Adolfum Schauenburgicum* transfertur in oppidum *Old-Rinteln*. Habitus monialium tunc

(p) at non circa ann. 1180. ut *Bucel. P. II. Germ. sac. p. 64. vult*, (q) non *Neudorp Kranz. L. VII. Metr. 18.* (r) ipse hoc factus erat *Bucel. P. I. 3. p. 31. a.* & tamen *P. II. p. 64. a.* scribit, se non dum comperisse, cujus ordinis fuerit. (s) si autem ann. 1206. obiit, qui consecrare potuit anno 1213? (t) *chr. Schauenb. cit. p. 503.* initium horum Comitum refert ad ann. 1230. *Bucel.* sui prorsus immemor ad tempora nostri *Ditmari* circa ann. 1226. quem tamen ann. 1206. extinctum dicit. Sed annon *Walter.*, Comes *Hojanus*, erat *Dux* bellicus *Henrici I.* contra *Hungaros*. Eius frater *Henric.* interfuit ludo equestri *Magdeb.* ann. 939. *Ernest.* *Trevirensi* ann. 1019. *Henric.* *Halleasi* in *Saxon.* ann. 1042. *V. Wilhelm.* *Göttingensi* ann. 1119. ut alia hic non cumulem. (u) asserente etiam *Bucel. c. (vv)* à *Kranz.* in *Metrop.* hic prætermisus, fortè quod triennio tantùm sederit, *judicio Schatenii P. I. annal. Paderb.* ad ann. 1206. (x) totum *Kranz. L. VII. Metr. c. 42.* ab ipso *Conrado* fundatum esse.



tunc erat niger (y) Ord. S. August., at transposita postea circa annum MCCXXX. in *Nuvv-Rinteln albâ* utebantur veste, (z) ad regulam S. Benedicti conversa, multumque dotata sunt ab *Adolfo*. (a) Qui tria fundavit monasteria, duo *Hamburgi*, unum in honorem S. *Joh. Bapt. & Evangelistæ* Ord. *Prædicatorum*, alterum Ord. *Minorum* in honorem S. *Mariae Magdalena*, tertium *Kla* etiam sub regula S. *Francisci*. (b) Anno MCCXV. claustrum *Mariensée* de villa *Todenhusana*, jubente *Bernarto*, Comite *Wölpenfi*, transfertur. Vixerant olim in monte *Wedegonis* ad S. *Margaretham*, postea venerunt *Todenhusum*, & post biennium ferè, propter multas incommoditates, eum ad locum, ubi adhuc fuit. (c) Anno MCCXXI. interfuit *Conradus* consecrationi templi *Mariensfeldensis*: anno MCCXXXVI. ipso die conversionis S. Apostoli Pauli FF. Prædicatorum habitaculum suum acceperunt *Minda*, primò quidem apud S. *Johannem*, postea in platea *Witebullenstrate* dicta, ubi puteum foderunt, qui deinde eremitis Augustinianis cessit. Tandem miles de *Belterzen* in is aream quandam inhabitandam dedit. (d) Præfuit *Conradus* annis XXVII. eò, quem jam dixi, seu tamen sequente, sepultus. Quiescat in pace!

*WILHELMUS* castrum *Nieuhus* extruxit, vitâ defunctus circa annum Domini MCCXLIII. (e) Sedit VI. ferè annis. Symbolum ejus: *helmus*. CAUTE, quod ita exposuit *Balthasar Dünkler*:

*Vivimus hic inter basiliscos utque leones,  
nec ibi tanrillum dextra fidesque valent.  
Ejecta est pietas, pax nulla: modestia, candor,  
crede mihi, vox est, prætereaq; nihil.  
Cautè igitur, cautè: fiat tua tessera: cautè;  
cautè, vel caudam non bene cautè trahes.*

*JOANNES*, Comes *Diepholdanus*, (f) Vir moribus, auctoritate, & ingenio gravis, (g) constitutus in præsentia *Conradi Suevi*, *Divi Augusti Imp. Friderici II. F. Rom. Reg. & Regni Hierusalem heredis*, per sententiam inquisitam obtinuit coram eo, quòd omnia sibi jure vacarent officia, ad Episcopatum pertinentia, præter illa quatuor principalia, quæ secundum constitutionem generalem & communem justitiam sunt excepta. Præterea eisdem

(y) *giseus* Ord. *Cisterc.* ait *chron. Schauenb.*, cum *Bullone* tamen facit *chr. Mind. Meibom.* (z) *Viderat enim Adolfin* ædificatione hujus monasterii XII. operarios albis stolis indutos. Et hinc mutatio habitus, *chr. Mind. Meib. & chr. Schauenb. cit.* (a) dedit enim XIV. mansos & molam oppidò adjacentem, cum vado, nec non sylvam ad LXVI. mansos *Egvyord (Echtwort/seu Nchtwort)* dictam, *chr. Schauenb. cit.* (b) id. *chron.* addit cœnobium monialium in *Reinebecke*. (c) *chron. Mind.* referunt hoc ad *Henric. II.* (d) *chron. Mind.* utrumque, vid. tamen suprâ hist. *Dietmari*, (e) *Kranz. L. VII. Metr. c. 51.* habet 1242. *chr. Mind. Pistor. & Bucel. l. c. p. 31. a. 1244.* (f) ita etiam *Bucel. l. c.* quod *neleivête* duo *chron. Mind. & Kranz. L. VIII. Metr. c. 6.* qui ided dicit: *undecunque natus.* (g) *Vir præstans*, *Id. Kranz. l. c.*



dem concessit potestatem duo constituendi oppida, quæ vulgò *Wichbelder* appellantur, ubicunque eadem in sua Diœcesi duxerit construenda : donavitque eidem libertatem in altero illorum oppidorum *gravem monetam* cuedendi, sine gravi præjudicio juris alieni. Dat. apud *Hagen* tertio Julii indict. XV. Ipse construxit tres turres in novo castro. Sunt, qui cum conditorem *Reineberga* faciunt, (h) quam gloriam supra *Conrado I.* dedimus. Medietatem *Wunstorpii* cum omnibus pertinentiis pro ducentis marcis acquisivit. Fundatur sub eo abs *Heinrico, Comite Oldenburgico*, monasterium Virginum congregationis Cisterciensis *Plote* in Diœcesi sua, (i) aliàs *Vallis benedicta*, seu *benedictionis* dictum, translatumque postea *Rhemani*, & demum *Valdorpium*. Rexit annis X. (k) usque in annum MCCLII. Jacet in Ecclesia *S. Martini* retrò altare *Simon. & Judæ Apostolorum*. Symbolum ejus: *SURSUM!*

*Sursum oculi, ut videant Domini magnalia magna,  
averte à vanis rebus eosq; procul.*

*Sursum verte manus ad montes ter benedictos,  
unde salus tibi spes, auxiliumq; venit.*

*Sursum corda, quid in terris affixa jacebunt?  
qui Domino purum cor dedit, omne dedit.*

A. Schepel.

XXXII.  
*Wedechin-*  
*dus I.*

*WVEDECHINDUS I.* Comes de *Hoja*, consanguineus & Capellanus *WVilhelmi* Batavi Cæsaris, (qui nobilitatem generis, morum honestatem, & alia laudabilia merita *Wedechindina* valde commendat,) erat bonus Pastor & laudabilis Princeps, ex Præposito majoris Ecclesiæ electus anno MCCLIII. ut diploma *WVilhelm.* testatur, quo Rex semper Augustus honorabilibus Viris Decano & Capitulo, Ministerialibus, infeudatis vasallis, & omnibus Ecclesiæ *Mindensis* notum facit, quòd cum Venerabilis *WWedechindus* in Episcopum & Pastorem ejusdem Ecclesiæ unanimiter electus sit, ne bona ejusdem Ecclesiæ, quam in suam & Imperii protectionem recepit specialem, hostili lacerentur incurfa, & improborum insultibus dissipentur, se Regalia & administrationem bonorum temporalium ipsius Ecclesiæ de benignitate Reg. Maj. ei concedere, ut tanquam *Princeps Imperii* bona ejus administraret, ordinaret & dispenseret, prout melius ad utilitatem ipsius hæc videbitur expedire, supra dictis Clericis, Ministerialibus & Vasallis regiam auctoritate firmiter præcipiens, ut ei tanquam Episcopo & Principi suo in omnibus plenius intendant & obsequantur, sub pœna centum marcarum. Dat. *Brunsvig VI.* Idus Sept. A.C. MCCLIII. Illustris Vir, *Albertus*, Dux Saxonix, Comitiam liberorum in *Steinvvede*, *Haddenhusen* & *Borchere*, (l) quam à Cæsare

& Im-  
(h) vid. utrumque chron. Mind. (i) non *Clotavy Kranz*, i. e. qui plura de eo, (k) XI. habet chron. Mind. Meib. or Pistorian. X., mens. VII., septiman. II. & totidem dies. (l) *Besfchere* vocat chr. Mind. Pistorian.



& Imperio in feudo tenebat, petente *Wedechindo* Episcopo, resignaverat. Igitur *Wilhelm* Imp. piis Episcopi supplicationibus inclinatus, ipsam resignationem ratam habens & gratam, prædictam Comitiam eidem Episcopo & Ecclesiæ suæ concessit feudi titulo jure perpetuo possidendam. Cujus rei testes sunt *Veysis H.* Spirensis Princeps & Cancellarius, *Wernerus de Bollandia* Dapifer, & Magister *Arnold*, Proto-Notarius Regalis Aulae, A. Comes de *Waldeck*, *Henricus* Comes de *Selmesze* & alii plures. Dat. sub Sigillo Majori in castris in depopulatione Westfrisiae XV. Kal. Jun. indict. XII. AC. MCCLIV. Ajunt alii: (m) *Joannem* & *Gerardum* Fratres, Comites Schauenburgicos, Comitiam hanc *Wedechindo* nostro pro DCCC. marcis examinati argenti (n) vendidisse anno MCCLXVII. (o) *Steinyvede* insignis dynastia seu Comitatus in Diocesi Mindensi inter præfecturam *Radam* & *Diepholtium*. (p) Et tanè aliquid juris habuerint *Schauenburgici* in hoc dominium, ut *Diepholdiani*, qui idèd Episcopum in possessionem jam immissum variis modis affligerunt. Cùm verò marca ista DCCC. in Camera thesauraria non præstò essent, mutuatae sunt alibi DX., quas tempore *Cunonis* aliquot cives Dynastiae istius *Steinyvedensis* solverunt, & in præmium liberalitatis suæ libertate donati sunt, ut adhuc dicantur liberi die *Sryen*. Pro hypotheca postea hæc Comitiam data est *Henrico* Comiti *Oldenburgico*, vulgò *Bogener*, seu *humilis* dicto, pro sex millibus marcarum. Idem *Wedechindus* Hamelam nostram, à *Carolo M.* cum omni vestigali & capitum censu Ecclesiæ *Fuldensis* donatam, cum omni jure suo & advocatia pro D. marcis (q) puri argenti Coloniae ad Rhenum persolvendis, à monasterio *Fuldensi*, sedente *Henrico IV.* de *Ehrzell*, Abbate anno MCCLIX. emit. Advocatiam verò istam tam oppidi quàm Ecclesiæ *Hamelensis*, quæ XXX. annis vetustior est *Mindensi*, *Otto Eversteinius* jure homagii à *Fuldensibus* hæctenus possederat. Hinc cùm Comes & cives *Hamelenses* assensum suum denegantes contractui seridò contradicerent, *Wedechindus* noster ad arma suos vocans, multisq; cæsis *Hamelensibus*, reliquos refractarios ad villam parochialem *Sedemund* animosè devicit, captosq; cum Comite *Eversteinio* *Mindam* abduxit (r) diè *S. Panteleonis* anno M CCLXI. quo memoria occisorum celebratur in Ecclesiâ *Hamelensi*. Verùm *Hamelenses* *Alberti* *Brunsvyicensis* opem & protectionem implorantes, per Eum Ecclesiæ *Mindensi* magna fecèrè damna, incendia,

(D) 2

rapi-

(m) vid. *Letbeck*, chr. *Schaumburg*. p. 513. (n) Id. chron. habet MCCC. marc. (o) ar. anno 1261. obiisse dic. cur in utroque chron. *Mind.* (p) quod ignoravit *Hamelman* in tr. de fam. emorr. (q) ducentas habet *Letbeck*. (r) quid *Arnold*, *Lubecensis*. I. II. chr. *Slav.* c. 28. de Episcopis belligerantibus sentiat, rite videas, si vacat & placet.



rapinas, donec ex captivitate sua dimitterentur. (s) Notandum hîc, ne fiat confusio, quatuor fuisse fratres *Eversteinius* cis Rhenanos, inter *Basileam* & *Oppenheimium*, *Fredericum*, *Ortonem*, *Ludolfum* & *Joannem*, Fautores Ecclesiæ Hamelensis, cujus senior Canonicus & Thesaurarius tunc erat *Fredericus*, postea à Capitulo Hamelensi electus Præpositus. Cùm verò Fuldenses electionem hanc impugnarent, pacis amans ultro ipse in manus Abbatis Fuldenfis anno M C C X X V. resignavit, acceptâ tamen à Fuldensibus aliâ Præpositurâ. Fratri ejus *Ortoni* autem advocatiam Hamelensem jure homagii contulerunt. Vendidit verò Fuldenfis hanc suam civitatem, muris, fossis & turribus bene tunc munitam & florentem, ob loci distantiam, & potentum quorundam nobilium malitiam, qui semper vexantes subditos multas movebant turbas & rixas. Amicitia demum rursus firmatâ inter *Mindenses* & *Hamelenses*, hanc prærogativam obtinuit *Hamelâ* nostra, ut *secundaria* semper esset & maneret post cathedralè *Mindensem* Ecclesiâ, ob reverentiam antiquitatis, & quòd nullus Prælatorum Ecclesiæ *Mindensis* aliquam jurisdictionem in ea habeat unquam, sed immediatè subfit Episcopo, deâque ut bona ejus libera sint abs omni *Advocatia* molestia & impetitione. Idem *Wedechindus* Ducem Lunæburgicum cum confœderato suo Comite *Winstorpenfi*, civibus *Mindensibus* fideliter servientibus Episcopo, fortiter prostravit, cujus rei testimonia dabunt vexilla hostium in templo majori suspensa. In obsequii & fidei suæ præmium *Mindenses* acceperunt silvam amplissimam, ab Episcopo *Minderwald* dictam, cum omni jure & proprietate. Anno M C C L X. templum S. *Pauli* FF. Prædicatorum unâ cum Germano suo *Gerardo*, Ferdensi Episcopo, & *Heinrico* primo *Ossiliensi* Episcopo solemniter consecravit. Eodem anno, ad exemplum *Joannis*, indulgentias largitur Ecclesiæ S. *Petri* perpetuas in *Huxari*, quæ vicissim donavit ei reliquias S. *Pauli* eremitæ. (t) Obiit laudis & gloriæ plenus annò Domini M C C L X I. in vigilia B. *Matthæi* Apostoli, Pontificatûs sui VI I I.

XXXIII.  
Cuno,

CUNO, (u) Comes *Diepholdanus*, (vv) devotus Pater, turbulenta vidit tempora, ille tamen Domino vias suas commendabat, & ipse etiam fecit. Sub eo *Wedechindus de monte*, Ecclesiæ *Mindensis* *Advocatus*, monasterium

(s) fufius hoc persequitur *Joann. de Polds*, senior *Eccles. Hamelens.* in chr. suo *Hamelens.* T. II, rer. Germ. Meibom, p. 515. seq. tem. verò aliter narrat *Leizner* L. III. chron. *Dassel.* c. 3. (t) vid. chron. *Höxar.* *Visselbecc.* ad ann. 1260. *Joann.* verò *Diepholdanus* ann. 1250. monasterio in valle Dei, non *Huxari*, indulgentias dedit. H. *Svvar.* in chr. *Vallis Dei* ad h. ann. (u) *Cono* & *Como*, vid. not. Meib. ad chr. *Schauens.* p. 535. (vv) quod nescit *Kranz.* L. VIII. *Mett.* 27. substituens solenne suum: undecunque natus. Alii ex gente *milicari* de *Vveiga* (non *Wepe*, ut *Bucel.* c. scribit) *Dioecel. Bremens.* deducunt. Vid. chr. *Mind.* Meibom. Ex illa erat *Engelbert.*, Episcopus *Osnabrug.*



Virginum in Loden, Ord. Dominic. fundavit & dotavit. (x) Sedit annis IV. & mens. V. Decessit anno Mccclxv. in festo cathedrae S. Petri. Symbolum ejus: post fletum letum; in quod rursus Petrus. Ysenkop. ita:

Post fletum letum venies, bene, si modo letum,

Esse nequit letum, si mala vita fuit.

Dum vivis, morere, & vives nunquam moriturus,

Vita tibi mortem, quam capis ipse, dabit.

Gaudia si fuerint lacrymae & suspiria, tandem

Post fletum letum letum erit in Domino.

OTTO I. monachus Ord. Praedicatorum, obscura gentis homo, natus in oppido Stendaliensi. Num per altercationes Capituli, aut ex speciali providentia curiae Romanae ad hoc fastigium conscenderit, dubium ferè est. Prius tamen a iure nostrates, quod credo. Bonus alioquin & religiosus erat, (y) ad regimen verò tantae Ecclesiae non satis astutus. Interim bene praesuit. Cum primis Ordinis sui Sociis, qui primum capitulum Minda sub eo habebant, multa speciosa privilegia ex curia Romana acquisivit, quod ante eum Wilhelmus & Wedechindus etiam fecerant, iisque domum ante coemiterium eorum versus Orientem jure perpetuo donavit, & Canonicis suis bona Bordenstia in perpetuam memoriam sui. Ipse pontem super Weseram fieri curavit, murumque istum à privatis Canonicorum locis usque ad Weseram portam, quae magna comoditas est. Castellum Reineberg à Comite Diepholdano violenter & injustè occupatum suae Ecclesiae reddidit. (z) Annò Mccclxxij. Gerarus, Holfatiae Comes & in Schauenburg, bona in Geinhusen, quae de Episcopo in feudo tenebat, resignabat. Cujus rei testes adducuntur Otto, Mindensis Ecclesiae Praepositus, Conradus S. Joh. ejusdem civitatis Praepositus, dictus de Wardenberg, Arnoldus Custos dictus de Schynna, Wedego, Praepositus S. Martini, Ludolf de Wunstorpe, Borchard de Welppe, Comites, & alii fide digni. (a) Sedit annis ferè VII. & obiit anno Mccclxxv. in octava S. Martini Episcopi. Symbolum ejus: fustus ut Palma; quod sic exponit A. Schepel.

Impius ut laurus, modico quae tempore floret,

Et late ramos explicat illa suos.

Cras,

(x) Vid. chron. hujus monasterii edit. à Meibom. T. II. ser. Germ. p. 526. seqq. (y) Vir per omnia laudabilis, cujus memoria propter multa ejus opera commendabilia in benedictionibus dulcedinis permanebit. Chr. Mind. Meib. Hoc unum inter mirabilia numerat Krantz, L. VIII. Metrop. script. quod Viri militaris generis admisissent fratrem de ordine mendicantium (z) Sagacitate & prudentia sua, Id. chron. (a) Vid. Meibom. not. ad chr. Schumb. p. 540.



Cras, si prætereas, totam periisse stupebis,  
 Nec mihi monstrabis, quo stetit illa, locum.  
 At justus veluti palma est, quæ durat in ævum,  
 Palma lies, palmam si meruisse velis.

XXXV. Fol-  
 quinus.

**FOLQUINUS**, Volcvinus, Comes *Schryvalenbergensis*, ex villa *Lübbecke*, elegans fecit oppidum, eique *stellam* suam gentilitiam, in signum specialis gratiæ, pro insigni donavit. (b) Fundavit quoque monasterium *Falkenhagensense*, aliàs *Vallis liliorum* dictum, sub regula S. Benedicti pro *Crucigeris*, at non anno *Mccxlviii*, ut alii volunt, Canonicos ex villa *Alden*, seu *Alen*, transtulit in *Lübbecke*. Contraxerat molestum vitium oculorum bonus Pater, (c) ut lumine eorum privatus in tenebris miserè viveret. B. autem *Borchart Hyddinge*, frater Ord. Prædicator., Medicinæ aliquantulum peritus, & Confessarius Episcopi, visum ei restituit, quod inter miracula refertur. Petierat *Borchartus*, ut *Folquinus*, ad futuram rei memoriam, imaginem B. Virginis Matris cum lampade perpetuò lucente juxta eam, ad tumulum ejus poneret, uti fecit, *Borchartumq.*, postea ante altare B. Virginis in templo majore humili jussit. Ipse autem Episcopus juxta summum altare in choro FF. Prædicat. in pace quiescit. Illatus annò *Mccclxxx*. ipso die S. *Godharti*. (d)

XXXVI.  
 Conradus  
 h

**CONRADUS II.** nobilis Saxo de *Warberg*, (e) ex Præposito S. Joannis Antistes electus, (f) tranquillè vixit feliciter. (g) Ejus tempore Fratres *Minoræ*, seu *Patres Gaudentes*, (h) nidulari cœperunt *Hanoveræ*, (i) & castrum *Hojanum* annò *Mccxcv*. constructum fertur. *Heribertus* (k) de *Mandelslo*, Decanus summi templi, Vir austerus & religiosus, ac Decretalium LicentiatuS, perfectioris vitæ cupidus, inter FF. Prædicatorum *Mindæ* cellulam sibi elegit. Illi tamen ob virtutem & doctrinam Viri munus ei Prioris commiserunt, quo cum gloria functus est. *Bruno* noster sepultus apud S. *Mauritium* in *Insula* anno *Mccclxxxix*. (qui erat *Cccxxxiii*. ab obitu ejus,) à *Liudolfo* de *Gripshoven*, Abbate tunc istius loci, è tumulo suo transfertur ad novum Ecclesiæ majoris chorum ante summum altare. Moritur *Conradus* anno *Mccxcv*. Pontificatus sui VII.

XXXVII.  
 Liudolfus:

**LIUDOLFUS**, (non *Rodolfus*, (l)) Saxo & miles de *Rostorp*, (m) electus  
 (b) Vid. chr. *Osnabrug. Erdmanni* p. 224. & *Bucelin. l.c.* De stellis autem *Waldeccensium*, *Syvalenbergensium* & *Sternbergensium* nor. m. ad chr. *Hüzar. Vassebeccii* pag. 48. (c) Et virtute conspicuus, *Kranz. l. VIII. Metr. c. 51.* (d) *Id. l.c.* (e) qua de gente legi meretur *Idem l.c.* (f) anno 1274. *Meib. in nor. ad chr. Schauenb. p. 541.* (g) Pax jam erat Ecclesiæ ab *Imp.*, pax ab execrationibus, quæ superioribus fulminabant ab urbe *Roma*, *Kranz. l. VIII. Metr. c. 59.* (h) non possunt *Minoritæ* hunc titulum concoquere, *Rudolf. tamen II. Imp. in lit. ad S. P. Q. Hüzar. anno 1604.* ita eos vocat, (i) hoc unum deo memorabile putat *Kranz. l.c.* (k) *Harbert chr. Mind. Meib.* (l) ut *Bucelin. Germ. sacr. P. I. p. 31. a.* cum aliis scribit, (m) *Bostorf* habet chr. *Osnabr. p. 226. Kranz. in catal. Episcop. Mind. metropol. suæ anac. Rostorpe.*



electus circa annum Mccxcviii. (n) Exarserat anno Mccci. inter eum & *Simonem I.* Comitem de *Lippia*, (o) ob jus territorii grave bellum. Cives Mindenses cum Domino suo, quod iustum & æquum erat, in aciem egressi, juxta silvam *Santford* in vigilia assumptionis B. Virg. *Simonem* istum, fortem & armatum *Virum*, (p) unâ cum confœderato suo *Gerarto*, Advocato de monte, gloriose superavit. Anno Mccxiv. castrum *Steigeberg* extruxit. Anno Mccv. sorores Ord. Prædicat. in *Loden*, qui erat XLI. à fundatione monasterii, cum notabili illius jactura, in oppidum *Lemgo*, Diœces. *Padeborn.*, translocatæ sunt. (q) Anno sequente secundum Capitulum Fratrum prædicatorum *Minde* habitum est. Vidit etiam *Liudolfus* triste incendium, quod totum suburbium S. *Simeon*. die *Hippolyti Mart.* consumpsit. (r) Fundatur sub eo monasterium *Egestorpense* Ord. S. *Augustini*. Auxit struxitque *Canonicorum* ædes. Qui annus ultimus vitæ suæ fuerit, certò non dicam. Ajunt Mccxiv. At *Gottfredum* jam anno Mccv. sedisse ut Episcopum, testantur ejus & civium in *Lübbecke* literæ, castrum *Reineberg* concernentes. (s)

XXXVIII.  
Gottfredus.

**GOTTFREDUS**, Comes *Walbeccensis*, (t) magni animi Princeps, omnibus carus & nulli molestus, in perpetuam gloriosi nominis sui memoria, secundo regiminis sui anno, qui erat Mcccxv. (u) elegantissimum castrum *Petershagen*, ad ripam *Wisera*, in amœno & opportuno loco de fundamentis condidit, idque perpetuum domicilium Episcoporum esse voluit. Eò sedente platea ristorum igne periiit. Largitur Ecclesiæ suæ varia ornamenta satis pretiosa. *Osso* de *Nyenhus*, monachus Ord. Prædicatorum, sed apostata, mutato nomine, à gente sua materna *Wilhelm de Bodensteye* dici maluit. Romæ remissione desertionis suæ impetratâ ibat in terram sanctam, postea abs eo descriptam. Tandem penitentiam agens ad Ordinem suum regressus in monasterio Prædicatorum *Coloniæ* vitâ functus est. Anno MCCCXIX. nobiles Ecclesiæ *Mindensis* Advocati

(n) Probatum hoc ex eo, quòd anno 1304. juxta utrumque chron. *Mind.* edificasse dicatur *Steigebergam*, qui sextus annus erat Pontificatus *for. Chr. Osnabr. cit. p. 226.* (o) quo de vid. *Kraez. l. VIII. Metr. c. 52.* & *chr. Osnabr. p. 223.* (p) militem in armis strenuum & bellicosum, *chr. Mind. Meib. famosum militem, chr. Schaub. b.* (q) O quam multi fideles & devoti Deo ad plenum mirari non sufficiunt, quòd Ecclesiæ *Mindensis* tam gratam, tam sanctam Deoq; dilectam congregationem, Diœcesim & Ecclesiæ limites (eius dicta Ecclesiæ & sedes sibi similem nunquam habuerit, nec in præsentiarum habere videatur) exire permisit. Postquam enim hæc congregatio dictæ Ecclesiæ fuit ablata, non modicum tam in spiritualibus quàm etiam in temporalibus declinavit. Quamdiu verò dictam Ecclesiæ sorores inhabitârunt, Deus omnipotens, propter suas devotas & efficaces preces, duas victorias famosas, videlicet tempore *Wirkindi* & *Ludolfi*, Episcoporum *Mindensium*, Ecclesiæ dictæ dicitur contulisse. *Chron. Monast. in Lothen cit. p. 529.* (r) *Chr. Mind. Meibom. p. 227.* & *chron. Schaumburg. p. 515.* ad annum 1320. referunt, (s) memoriam ejus sanctam habet *Buech. l. 6. p. 21. a.* (t) Consentit aliud MS. (u) non verò 1335. juxta *chron. Mind. Pistor.*



Advocati de Monte (vv) castrum suum in monte nequam [Schalchesberg dicunt, (x)] diu per Comites Hojanos detentum recuperant. Recuperavit etiam Ludovicus Ravensbergensis, Episcopus Ossenbrugenensis, partem castri Reinebergensis, fecitque ei Gottfredus recognitionem sub suo & Capituli sui, nec non oppidi Lübbeke sigillis, promittens, quod nunquam reperere vellet. Et si Episcopus Ecclesie Mindensis Capitulum, seu Episcopum Ossenbrugensem amoverit, vel impediverit de parte sua castri memorati, extunc omne jus oppidi prædicti, quod Ecclesia Mindensis inibi habet, apud Ossenbrugensem Ecclesiam permanebit, donec impedimentum sublatum, eique plenarie satisfactum fuerit. (y) Obiit cum luctu totius Diocesis, de qua singulariter & optime meritus erat optatissimus Pater, (z) anno MCCCLXXIV, die S. Servatii, Pontificatus sui XVI II. (a) Delatus ad Patres suos (b) in templo majori.

XXXIX.

Ludovicus

666

LUDWIGUS, Ottonis, Ducis Lunæburgici Filius, sancto suo officio ipsemet semperungebatur fideliter & accuratè, ne minimo quidem prætermisso, admodum liberalis erga Ecclesiam suam. Circa annum MCCCLXXX, fundavit in signe monasterium Monialium Ord. Benedicti in Walsrode seu Welphrode, Egestorpense nuper conditum sub regula S. Augustini in honorem B. Virginis solemniter consecravit. Castrum Bockelo contra ferociam Comitis Wunstorpensis (quem una cum filio suo victum vinctumque deduxerat Mindam, & cujus confederati erant Duces Lunæburgici, nec non Comites de Hoja) ipse construxit, quod postea Monachus aliquis Comiti Schauenburgico perfidè tradidit. Anno MCCCLXXXI. Ludovicus Bavarus Imp. amplissimam concessit licentiam ordinandi & exercendi iudicia libera, & Frygrafios, non secus ac Episcopi Colonienensis, Monasteriensis & Padebornensis, uti longius habetur in literis Imperialibus. (c) Anno MCCCLXXI. terribilis erat inundatio Wisera ipso die S. Mariae Magdalene omnium memoriam fugiens, (d) campos, pecora, homines, urbes pagosque perdens & prosterbens.

Post M. post tria C. post quattuor Xq. duoq.  
Wisera per Mindam tamuit multamq. per undam.

Castellum Nihufianum à Comitibus de Hoja sub eo destructum, contra vero Slatterburgense conditum fertur. (e) Obiit in bona pace (f) anno MCCCLXXI. Pontificatus sui XXI. jacet in monasterio suo Walsrodeni.

GERAR.

(vv) de quibus vide Meibom. not. ad chron. Schauenburg. p. 542. (x) vid. Gobel. Comod. ar. VI. c. 52. Chron. Osnabrug. p. 227. (y) literas integras vide in chr. Osnabrug. Erdmann p. 224. seq. (z) & Pontifex memoris dignus sempiternè, Kranz. L. IX. Metrop. c. 19. reliquit post se sui longævum desiderium, quod bene de omnibus meritis haberetur, (a) in crastino S. Servatii, chron. Mind. Pistor. (b) ad sinistram Conradi I. post altare S. Petri Kranz. l. c. (c) quas vide apud Pistoriam p. 753. (d) qua de latissime Kranz. L. IX. Metrop. c. 28. (e) ac qui anno 1346. si juxta chr. Mind. utrumque & Kranz. l. c. anno præcedente decessit? (f) quam promeruit Principis modestis, Kranz. l. c.



*GERARTUM* I. Illustris Familia *Schaenburgica* primùm nobis de-  
dit; Fuerat hætenus Decanus Ecclesiæ majoris, confirmatus est à Cle-  
mente VI. anno pontificatus sui V., sc̄villimâ peste tunc univerſam Ger-  
maniam depopulante. Adjecit Ecclesiæ suæ nobile castrum *Raden*, ejectis  
Comitibus de *Hoja*, & Advocatis de *monte*, qui multoties in benignam re-  
calcitraverant matrem. Nihil sine eo vel in ordinationibus, seu confir-  
mationibus, aliisve sacris actibus unquam peractum est. (g) Sedit annis  
VI. mortuus anno MCCCLIII. sepultus in Ecclesia majori juxta altare  
S. Mar. Magdalena.

*THEODERICUS* III. cognomento *Kagelmünde*, (h) humilis mona-  
chus in *Lenin*, Ord. Cisterciensis, (i) plebeja stirpis homo, (k) cujus patria  
erat *Stendalia*. (l) Fuit primò Episcopus *Sareptensis*, (m) postea *Schlesvigi-*  
*ensis*, demum circa annum MCCCLIII. (n) *Mindensis*, Carolo IV. singula-  
rèter carus & Consiliarius ejus intimus, cujus commendatione etiam ad tam  
sublime promotus est officium. (o) Vir erat doctus, prudens, discretus, in-  
geniosus tam in verbis quàm in rebus, (p) nec non valde circumſpectus & laboriosus,  
(q) cujus administrationis Ecclesiâ nondum p̄cinituit. Sanè *Carolus IV.* sincera  
devotionis & fidei puritatem, quam erga S. Imperium gessit, intuens, pensansque  
multiplicia & grata servitia assiduosq; labores, quos *Cæsari & Imperio* fructuosè  
& fideliter exhibuit indefessâ sollicitudine, Ejusque vicissim & Ecclesiæ  
suæ commoditatibus cupiens salubriter providere, universa privilegia,  
libertates, jura, laudabiles & approbatas consuetudines, libertates, im-  
munitates & gratias, ab Imp̄p. & Regibus data ac datas, concessa & concessas,  
indulta & indultas, de verbo ad verbum, prout & eadem privilegia & literæ  
in suis tenoribus comprehenduntur, in suis sententiis ac clausulis, ac si supra  
dicta jura, approbatæ laudabiles consuetudines, libertates, immunitates, &  
gratiæ in præsentibus literis distinctè forent expressa & expressæ, innovat,  
& Imperiali auctoritate confirmat, sub pœna banni regii & centum  
marcarum puri auri. Dat. Mogunt. anno 1354. indict. VII. Eodem anno  
idem *Carolus* iterum multa grata servitia (repetimus hæc cum *Cæ-*  
*sare*) & accepta, quæ *Theodericus* Cæsari & Imperio fructuosè & fi-  
deliter exhibuerat, in præsentibus exhibet, & exhibiturum sperat, com-  
(E) pen-

(g) vid. chron. Schaumburg. p. 515. (h) Kagelbyet, chr. Mind. Meib. Cagelvied,  
Kranz. l. IX. Metr. c. 49. & l. IX. Saxon. c. 33. (i) de monasterii infimo  
sumtus officio, Id. l. IX. Metr. c. 33. (k) illudicem græce vocat Bucelin. l. c.  
P. I. p. 31. a. (l) in marg. legebatur: patria ejus dubia, (m) Ebronenſis, chr.  
utrumque Mind. Kranz. l. c. & Bucelin. l. c. (n) anno 1343. chron. Piss. Mind.  
(o) quovis Episcopatu cum dignum censebat Kranz. l. c. (p) idem de varia hujus rei  
specimina consignasse scribit in VVandalia sua l. c. (q) incredibilis industriz  
Id. l. c.



penfaturus, specialem hanc gratiam Ei, successoribusque suis fecit, duasque liberās sedes, quæ propriè & vulgariter *Vemeding* (r) nuncupantur, unam scilicet ante villam *Haleri* prope *Lubeke*, alteram ante villam *Walnen* prope *Mindam* donavit, statuens & decernens, ut Episcopus dictus sui que successoris hæcæ duas sedes cum omnibus & singulis jurisdictionibus, honoribus, prærogativis, juribus, gratiis, & utilitatibus, commodis & libertatibus teneant, habeant, iisque gaudeant, quibus ceteri confimiles sedes habentes, sicuti Ducatus *Ascania* & *Vestfalia* gaudent jure vel consuetudine, seu quomolibet potiuntur. Mandat insuper omnibus singulisque, cujuscunque conditionis seu statûs fuerint, ut prædictum *Theodericum* Episcopum in hac regiæ donationis & collationis gratia minimè impediunt, nec ab aliis impediti, permittant, sub pœna banni regii & centum marcarum auri puri. Dat. Franckford anno MCCCLIV. indict. VII. XVIII. Kal. Febr. Regnorum Caroli VIII. Cum *Ottone*, Cattorum principe, Archi-Episcopo Magdeburgico, anno MCCCLXI. in castro *Volmenstede* piè defuncto, Canonici ibidem *Ludevvicum*, Marchionem Misniæ, *Friderici* Filium, Episcopum Halberstadensem XXX. (qui miserè postea periit, (s)) in vitis civibus postulassent, lisque sub iudice penderet, *Carolus IV. Theodericum*, dilectum suum, Summo Pontifici specialiter commendavit, effecitque, ut ipse ad cathedram sublimiorem eveheretur, cui religiosè, prudenter & magno cum Ecclesiæ comodo præfuit, ut adhuc ejus memoria in benedictione sit.

(r) Sedit *Minda* VII. annis.

XI. II. Gerhartus II.

*GERARTUS* II. Comes *Schauenburgicus*, thesaurarius Ecclesiæ majoris eligitur, & confirmatur anno MCCCLXII. ab *Innocentio VI.* Dilatatur Ecclesiæ suam, ex villa *Hukele* (u) pulcherrimam civitatem *Petershagen* fecit, transferens templum parochiale in alium locum. Multa castra oppignorata præfenti pecuniâ redemit, vastata iterum struxit & emendavit, & in omnibus laudabiliter se gessit. (vv) Ipse cum *Adolfo* fratre *Theodericum* de *Marca*, Coadjutorem Ecclesiæ *Ollenbrugenfis*, (x) unâ cum fœderatis suis *Ossenbrugenfis* anno MCCCLXIII. gloriosè vicit. Amici *Schauenburgensium* nostrorum erant *Joannes* Comes de *Hoja* & *Vvedechindus* de *Monte*, advocatus, unâ cum civibus *Mindensibus*. Captus *Theodericus* de *Marca*, multis suorum cæsis & fugatis, deducitur *Mindam*.

Quod

(r) Pro *Vemeding* *Winckelman* L. IV. notit. ver. *Vestfal.* c. 6. p. 568. mavult legere *VVetteding*. Quod vocabulum *Ludovic. Imp.* in privilegio anno 1332. (vid. hist. *Ludovici*) *Frugericht/Hrystosle* reddidit, (s) vid. *Kranz* L. X. *Saxic.* & L. X. *Metrop.* c. 23. (t) vid. post *Kranz* l. IX. *Metrop.* c. 50. chr. *Magdeburg.* T. III. ter. *Gerh. Meib.* p. 343. (u) *Hokele*, (vv) ideo omnes nobiles prudentiam ejus formidabant, terras & villas, castraque Ecclesiæ ablata perdere timentes, chr. *Schaumb.* n. 518. (x) *Fridericum* vocat *Idem* chr. p. 17. at videtur *Erdman.* chr. *Osnabrug.* & *Kranz* L. X. *Metrop.* c. 4. nec non *chron. Mindensia*.



Quod cum audiret frater ejus *Engelbertus*, circa festum *Petri & Pauli* cum armata manu venit ad portas *Mindenses*, & urbem tribus diebus obsedit, agros nostros, quousque potuit, igne & ferro depopulans. Cum vero plus ultra nihil valeret, mutans ferociam in lenitatem, bona verba dedit, fratremque ex custodia pecuniâ redemit. (y) Verum in medio laudati regiminis cursu raptu aliquo ducitur *Gerartus* noster in terram sanctam. (z) Perluatum dicunt eum à Fratre *Adolfo*, qui comes fuit itineris hujus anno *MCCCLXVI*. At multa Episcopus legerat & inaudiverat de peregrinationibus istis, ingens igitur eum invasit cupido, majoris devotionis excitandæ causâ, (a) ipsa loca coram spectare, ubi natus & passus erat filius Dei. Ille autem auræ maritimæ tantarumque molestiarum minus affuctus, mox in oceano animam efflavit eodem anno in vigilia *S. Michaëlis* Archangeli. Frater ejus *Adolfus* ulterius pergens etiam defecit in insula *Cypro* prope *Famagustam*. (b) Cæterum laudes *Gerarti* in compendio cecinit ille:

*Hic est Gerartus de Schomborg, nullibi tardus,  
qui cum processit, prudenter singula gessit,  
Clerum, Mindentem clavum bene rexit & enses,  
oppida construxit, destructaq; castra reduxit.  
In mensa Princeps, in militia fuit anceps;  
Cur sibi non pœna, sed sit Domino peto cœna.  
Sedebat annis quatuor.*

**OTTO III.** Comes *Milnensis* de *Vertyn*, antea Cantor Ecclesiæ *ma-* **XLIII. or-**  
*loris Formatiensis* & Decanus *Moguntinus*, Vir doctus & aptus, (c) *Caroli IV.*, *ro II.*  
cujus intimus Consiliarius erat, recommendatione & indulgentia Papæ sine  
ordinaria electione sufficitur. Tardiùs certiora de obitu *Gerarti* perlata erant

(E) 2

Min-

(y) consentiè *chr. Schaumb.* p. 517. *Erdman* verò *l. c.* p. 231. contrarium dicit, (z) in magnam suæ Ecclesiæ desolationem, *chr. Mind.* utrumque. Magnam jacturam & caulam trinititæ dereliquit, *Chr. Schaumb.* p. 518. (a) quæ est pars fidei, *Kranz.* *L. X.* *Metrop.* c. 5. (b) eod. anno, *chr. Mind. Piff.* *l. c.* 1366. *chr. Schaumb.* *l. c.* anno 1370. *Mira* narrat *Mind.* *chr. Meib.* p. 568. de *Adolfo*, quod nimirum in reditu ex terra *S.* (at *Kranz.* *l. c.* scribit, neutrum, quod cupiebat, pervenisse; & *L. VIII. Sax.* c. 26. ambo perierunt in itinere in terram Sanctam divisim locis & temporibus Principi *Slavorum* tanquam Capitaneus servicus, & in acie prope *Famagustam* pro gloria Dei fortiter pugnans ceciderit. Principem postea *Adolfum* laniatum divisisse & assâsse, ac postea speciebus aromaticis ad tumbam pulcherrimam repositum *Mindam* translegasse, ubi in templo majori quiescit, (in conventu *FF. Prædicatorum Famagusta* ait *chr. Schauml.* *l. c.*) De alio *Adolfo* *Schaumburgico* cum *Reinoldo* Comite cæso anno 1164, narrat *chron. Slavor.* *L. II.* c. 4. *Henricum Leonem* desisse mortem ejus, eadem tamen *Slavorum* maximam dolorem ejus mox mitigasse. Ipsum verò mandasse corpus *Adolfi* concidi frustatum & assum conditi opere pigmentarii, quod posset circumferri, & patrii inferri monumentis. (c) moribus, virtutibus, eruditione & ætate plurimum provectus, *Kranz.* *L. X.* *Metrop.* c. 25.



Mindam, ideo citius de eo audiens Imp. praevenire voluit. Aegre tulerunt hoc Canonici, cum non nossent alienae gentis hominem, & quod jura eorum imminuta viderent, postquam vero virtus, doctrina & prudentia *Otonis* penitus iis innotesceret, gestiebant eum videre, & venientem in ipsa vigilia corporis Christi anno Mccclxvii. solemnissimè introduxerunt cum omnium plausu & júbilo. Sequenti anno indictione sextâ tertio Idus April. regnorum suorum XXII. imperii autem XIV. *Carolus IV.* omnia jura & privilegia consuetudines & immunitates, more Antecessorum, ei confirmat, approbat, innovat, sub Imperialis suae Maj. sigillo. Dat. *Wyenne*, subscribente privilegium, ad mandatum Caesaris, Cancellario. At non constans erat gaudium hoc. Circa festum enim *S. Alexii* mortuus est *hydrope*. (d) Jacet in choro Fratrum Prædicatorum. In morbo isto sæpius repetisse dicitur emphaticum istud: *VIVAM*; quo de *Balthaf. Dunkler* ita:

*Non vixi, aut vivo, vivam, si morte solutus  
à facie ad faciem videro, quem cupio.*

*Qui valeam? quid agam? quorsum scrutamini, amici?  
Ut vivam, voti est unica summa mei.*

*Sed non in mundo vivam, larva ista peribit,  
Vivam, si videam, Te DEUS, ah! utinam.*

**XLIV. VVe-** **WEDECHINDUS II.** Dominus erat de monte nequam, (*Schalksberg* (e))  
*dechindus* ex Advocatis Ecclesiae nostrae, ejusdem antea Præpositus major, Vir omni  
*II.* laude dignus, (f) qui Ecclesiam in Domino sibi commissam ut animam  
suam dilexit, defendens omni modò, precibus, consiliis & armis. Intro-  
ductus est anno Mccclxix. VII. Octobr. cum solenni pompa. Anno sequente  
*Henricus de Herfordia*, laboriosus & doctus homo, scriptis etiam famosus,  
obiit die *S. Dionysii*, quem *Carol. IV.* postea anno Mccclxxvii. ante majus  
altare poni jussit ex ambitu chori, quo jacuerat hætenus. Anno Mccclxxii.  
(g) circa festum ascensionis Dominicæ platea pistorum à porta *Weferana*  
usque ad *Hellingestratam* cum omnibus ædificiis circa ædem *S. Johannis*,  
igne consumta est. Anno Mccclxxiii. *Wedechindus* festum *S. Feliciani*,  
Martyris & Episcopi Fulginensis, miraculis tunc famosi, per Dioccesin  
nostram celebrari jussit. Eòdem anno *Joh. de Overstede*, Prior Fratrum  
Prædi-

(d) Collachrymantibus cunctis, qui magnam sibi spem fecerant de tanta Viri provè-  
ctione, *Kranz*, l. c. (e) *Ad. Brem.* l. II. c. 33. vocat *Schalchinburg*, *Aur. cbron. Brem.*  
cum *Alb. Stadeasi* & *Kranz*. l. IV. *Sax.* c. 30. *Schalchinburg*, *Helmold*. l. I. c. 17.  
*Schalcsburg*, in *lit. Conradi*, Episcopi *Hildesienfis*, anno 1234. reperitur *Henric. de*  
*Monte nequam*. Sic *Schelm von Bergen* legitur in torneamentum admittus, *Thur-*  
*niser Buch* f. 174. (f) insignis, in utroque statu præstans, in religione non segnis,  
in armis strenuus, *Kranz*. l. X. *Metr.* c. 33. (g) *Chr. Mind.* Pistor, habet annum  
sequentem.



Prædicatorum Mindensium, obit magno cum civitatis luctu. (h) Eodem Otto Schauenburgicus Magnum, Ducem Lunæburgicum, in festo S. Jacobi propè Eckeren devicit, & (nolens tamen) occidit. (i) Serio juraverat Dux Illustris, se velle cum copiis suis in Comitatu Schauenburgico pernoctare, ante vesperum verò occubuerat. Read Ortonem delatâ subrisit. Ut tamen Dux voti sui compos fieret, jussu Comitis vectus est ad templum Golderense Diœces. nostræ, D. Jacobo sacrum. Anno Mccclxxv. die S. Scholastica magna rursus inundatio totam patriam pessundedit, (k) In memoriam rei Monachi in Insula S. Mauritii singulis annis erogant stipem. (l) Versus antiqui sic:

Post M. post tria CCC. post septuaginta quaterq;  
Wesera crescebat, Hamelem stratasq; tegebat.

Cum anno Mccclxxvii. Mindam veniret Carolus IV. cum conjuge sua, in conventu Prædicatorum tribus diebus moratus est, & obtinuit Wedeshindus non tantum confirmationem omnium jurium & privilegiorum suorum, sed multa alia, quovis auro cariora. Rogabat nimirum Optimum Regem, quatenus jura, privilegia, literas, gratias, libertates, & donationes, à Divis Imp. & Regibus factas in Ecclesiis, locis, agris, & possessionibus suis, ipsis familiaribus & servitoribus eorundem concessa & concessas confirmare & innovare dignaretur. Cui justæ supplicationi favorabiliter inclinatus, animo bene deliberato omnia & singula in omnibus & singulis eorum sententiis, clausulis, articulis, verborum expressionibus, atque punctis cujuscunque continentia seu tenoris existant, ac si presentibus de verbo ad verbum nominatim forent expressa, nec non usus & observantias, ceremonias, laudabiles consuetudines, & statuta Mindensis Ecclesiæ antiquitus observatas & observata, signanter privilegia per Ortonem I. & II. Conradum II. Henricum II. & III. nec non Fredericum Rom. Imp. & Reg. eis concessa & donata de banno regio, moneta, telonio, macello publico in civitate Minden, & quicquid ibidem ad regiam pertinet potestatem, & de aliis quibuscunque, cum consensu Procerum Imperii, approbavit, ratificavit, & innovavit, supplens omnem defectum, si quis in præmissis, aut eorum quorumlibet obscuritate verborum, sententiarum ac solemnitarum obmissus fuerit quovis modo, non obstantibus quibuscunque legibus & constitutionibus, seu statutis, vel generalibus, seu specialibus in contrarium editis vel concessis. Insuper Ecclesiam cum omnibus familiaribus & servitoribus in mundiburdium & protectionem Imperialem specialiter assumpsit. Si quis hoc privilegium violaverit mille marcarum auri purissimi & gravissimam indignationem Cæsaris & Imperii incurret. Testes erant Gerartus, Hildelemensis, Henricus Ferdensis, Henricus Padebornensis Episcopi, Illustres Albertus Sax. & Lunæburg.

(E) §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

(h) Vid. chr. Mind. Meibom. p. 569. (i) Vid. chron. Schaumb. p. 518. (k) chr. Mind. Pilt. ann. 1373. habet, & Meibom. 1377. (l) Kranz. L. IX. Sax. c. 18.



& Wenzeslaus Opaviae Duces: Borchardus de Hardeck, Gerartus de Hoja, Boszo & Henricus de Scrapelovv Comites, Nobilis Otto Advocatus de Monte, Petrus de Wartenberge, dictus Dechhoff, Imperialis curiae nostrae Magister, Thuno de Colditz, Camerae nostrae Magister, Hinz de Lippia, Albert. de Stey-  
neberg, Simon de Lippe, Basso de Prizam, Bussiro de Pisken, Alhart de Pusche, Dapifer in Ravensperg, Henricus de Egizelhelm & alii, Dat. Mind. Anno Mccclxxvii. Indict. XV. XV. Kal. Decembr. Regnorum suorum anno XXXII. Imperii XXIII. Mindâ abiit Carolus IV. Biffeldiam, visitans in vicinia Wedechindi Magni, Saxonum quondam Principis, tumultum, quem renovari jubebar. Inde Herfordiam ingressus, ubi teloneum in Petershagen concessit Ecclesiae nostrae. (m) Questus fuerat universus Clerus urbis & Diocesis Mind. Carolo IV. de potestatum secularium malitia, in damnum religiosorum multoties peracta, Rex autem Gloriosissimus in favorem horum sub gravissima sua indignatione & poena quinquaginta marcarum auri purissimi Mindâ anno Mccclxxvii. indict. XV. decimo quinto Kal. Decemb. edictum sanxit, ut à talibus & ejusmodi posthac isti abstineant. (n) Multa etiam Wedechindo controversia cum Senatu Mindensi, contra libertatem & privilegia Ecclesiae agente. Sed talia attentata, omnia & singula, deponi & cassari jussit Carolus Biffeld. XIX. Nov. Regnor. anno XXXII. Imperii XXIII. prout latius habetur in diplomate. (o) Anno Mccclxxxix. grandines, pluviae, & terribiles tempestates agris & oppidis notabilia fecerunt damna. Struxerat Ericus de Hoja, in praedictum Episcopi, castrum Depenovv, quod crederet, hunc, ob simultates inter eum & civitatem ortas, omnibus viribus nunc esse spoliatum, sed, auxiliante Gerarto Hilleshemensi & Ortone Schauenburgico, civibusque Mindensibus strenue assistentibus, oblesum, captum, & igne deletum est. Simile tentarant milites de Werpe, illique castrum erexerant, Haddenborg dictum, anno Mccclxxxiii. quod itidem destruxit & incendit. Inde proverbium: He hadde ene Borch. E Werpensibus istis Nicolaus erat, qui cum compliceibus suis castrum Raden abalienavit. Belligerabat etiam Wedechindus cum Frederico Brunswicensi, dubio sine propter meum & tuum, ob controversum jus territorii, quod omnia constat bella. (p) Sedit annis XV. obiit anno Mccclxxxiii. (q) seu tamen sequente. Jacet juxta altare decem millium Milium & SS. Johann. & Pauli. Symbolum ejus: Pugnandum & vincendum.

(m) Vid. Diploma apud Pistor. p. 749. (n) quae generaliter & nimis obscure hic asserta sunt, prolixissime exponuntur in privileg. Carolino apud Eund. Vol. II. num. 22. p. 747. seqq. & annex. hr. Mind. Anonymi, (o) apud eund. dipl. 28. (p) bellum hoc refert chr. Osnabr. cit. p. 237. ad seqv. Otton. & ann. 1384. locus conflictus erat Winhusen, (Winsen) & victoria cessit Brunswicensibus in festo corporis Christi, Chron. autem Mind. Meib. ad tempora Wedechindi tetulit & ann. 1387. quod falsum est. (q) chr. Osnabr. cit. p. 237. & chr. Mind. Pistor.



*Annon vita mea atque tua in certamine semper?*

*Nascimur ad pugnam, pugnaq; finis erit.*

*Hofes sunt Satanas, mundus, caro, totus & ipse,*

*Pugnes, at vincas, auxiliante DEO.*

*Inzens est magni soboles victoria belli,*

*Vincenti vita pulcra corona datur.* A. Schepel.

Post obitum Wedechindi magnus oriebatur dissensus inter Canonicos majoris Ecclesie, septem mensibus Sede vacante. Plurimi tamen laudabilis regiminis Wedechindei, quo de jam dictum est, memores, OTTONEM, pridem Ecclesie S. Mauriti Præpositum in Hilleshem extra muros, tunc verò Majoris nostræ Ecclesie Præpositum, jam nominati Wedechindi Fratrem Germanum, itidem nobilem de Monte, (r) eligunt, nec eos pœnitebit unquam. Cum enim ultimus esset gentis suæ, omne territorium paternum sat amplum Dicecesi suæ, non admodum latè tunc dominant, liberaliter contulit, hoc tamen pacto, ne castrum & dominium tom Berge ulli unquam hominum oppignoretur ad alienos usus: item quòd servi, litones, coloni, & incolæ istius domini, si gverra oriantur inter Episcopum & civitatem Mindensem, ex tunc ab omnibus iis exempti esse debeant & alieni, & quod istud castrum pro residentia Episcopi sit, qui pro tempore fuerit. Valde beneficus & mitis erga civitatem Mindensem erat, quam specialiter dilexit. Epitaphium ejus positum est tale:

*Conditur hac tumba &c. (f)*

*Jacet in choro Ecclesie majoris ante summum altare. (t)*

WILKINUS, aliis Wilhelm. dictus, (u) ex militari gente de Busche, (w) & Præpositus antea Ecclesie majoris, non inutilis Antistes, tranquillæ & solitariae vitæ amator, in precibus & piis contemplationibus dies suos consumpsit. Communissima ejus vox: *Sic transit gloria mundi.* Sedisse dicitur annis tribus cum dimidio: (x) at vix unus fuerit. (y) Jacet ante altare S. Petri in medio Ecclesie majoris.

*Quisquis amat mundum, mihi dic, quæ præmia reddat?*

*Et necat, & ridet pessimus iste nequam.*

*Fumus uti transit: sic mundi gloria transit;*

*Stercus & umbra, tibi quicquid in orbe placet.*

*Transcat*

(r) non de Minda, Kranz. L. Metr. c. 51, (f) affert idem Meibom. in not. ad chron. Schaumb. p. 548. & Erdman. in chr. Olnabrug. p. 238. manum verò mutuumque chr. Mind. Meib. p. 570. (t) 1398. habet chron. Mind. jam cit. (u) Kranz. L. XI. Metr. .24. est XLVI. eique Marquardum anteposit, (w) Boken habet chr. Mind. Meib. Busche. ut in Pistorian. (x) in chr. Mind. utroque, (y) ultra electionem non est profectus, Kranz. L. XI. Metr. c. 32.



*Transseat ergo immundi fallax gloria mundi,  
delicium, IESU, gloria, spesq; mea.*

A. Schepel.

XLVII.

Marcwartus,

**MARCWARTUS**, nobilis Suevus de Randeck, (z) non eligebatur canonicè à Capitulo, sed missus à Bonifacio IX., acceptus tamen & introductus pomposè anno MCCCXCVIII. cum Vir esset eximius, pollens prudentiâ, auctoritate & dexteritate. (a) Mox autem ad cathedram Constantiensem evocatus, quæ pinguior, & ob patriæ viciniam, Marcwarto gratior; nondum (ut ajunt) completo triennio, (b) quod tamen vix credo, (c) nobis valedixit. (d) Semper in ore habuit istud: *Ora & labora.*

*Stant sub jactura Domini praecepta salutis,  
hac servasse pius quicq; tenetur homo.*

*Ora, non ora tantum, verumq; labora,  
divelli haud possunt, & labor atque preces.*

*Ora constanter, ferventer itemq; labora,  
in precibus nostra est atque labore salus.*

A. Schepel.

XLVIII.

Otto IV.

**OTTO IV.** Comes de Retberg, iterum sine electione à Papa datus. Opposuit se Canonici hujusmodi repetitis ausibus, cum in summum praedictum privilegiorum & libertatis Ecclesiae cederent. Non tenebantur enim quemcumque intrusum ad Papae beneplacitum pro suo agnoscere, sed legitime tantummodo electum. Otto autem innitebatur bullae & fulmini, quod erat annexum. Mansit igitur in cathedra, nec malè ei praesuit. (e) Anno MCCCIII. Bernartus, Comes de Lippia, cepit Heinricum Brunsvvicensem, eumque in castrum Falkenberg deduxit, & durius aliquando habuit. Promittit igitur ille pro redemptione centum milia aureorum, datis Comiti obsidibus, & facto prius juramento corporali. Liberatus ergo. Sed abiit ad Rupertum, Romanorum Regem, & obtinet ab eo bannum imperiale, à Papa etiam grandia fulmina contra Bernartum Comitem, ejusque foederatos. Tandem solvit Dux quindecim milia florenorum, bellumq; novum indicit Bernarto, capitque castrum Polle ad Wilara. Res verò per arbitros transacta. (f) Sedisse dicitur tribus annis: at fortè plures erunt.

Jacet

(z) Rindeghen, id. lib. cit. e. 13. de familia Randeck vid. fragmenta in chron. Constantiensi apud Pistor. p. 683. (a) Vir primarius consilio & manu, Kranz. l. c. (b) & tamen in chron. Constant. l. c. anno 1398. Episcopus ibidem LXIII. creatus dicitur, Bucel. Germ. Sacr. P. I. p. 6. LXXIV. est mortuus anno 1400. seu juxta alios 1408. prius assertit Bucelin. l. c. (c) non est diu permissus illi (Mind.) Ecclesiae, statim translatus ad Constantiensem, Kranz. l. XI. Met. c. 13. (d) tempore nostris cum nimia indignatione exorsum dicit chron. Mind. Pistor. (e) majori Pontificatu dignus Kranz. l. XI. Met. c. 32. (f) vid. chr. Schaumb. cit. p. 20. & not. Meibom. p. 548. Kranz. l. XI. Met. c. 7. & l. X. Sax. c. 24.



Jacet in summo templo ante altare S. Petri. (g) Verbum ejus quotidianum:  
*Patienter, sed constanter.*

*Quicquid agis, constanter agas, & respice finem,  
 ni constans fueris, premia qua fuerint?*

*Mundum atque infernum constans patientia vincit,  
 constanter, vin' tu vincere, discere pati.*

*Vincens constans patientia sola coronatur,  
 constans & patiens, quartus ut Orto fuit.*

A. Schepel.

**WULLEBRANDUS**, Comes de Hallermund, (h) antea Abbas **XLIX.**  
 SS. Mart. Stephani & Viti in vicina Corbeia, prudens fervensque in religione, *Wüllebrandus*,  
 vigilans & discretus in omni actione sua, ideo imis & summis gratus. (i) Cir-  
 ca annum Domini MCCCCVII. (k) electus, in spiritualibus & temporali-  
 bus optime præfuit. Abstulerant ferociores Nobiles, nec Deum nec Ec-  
 clesiam timentes, Antecessoribus suis multa bona, prædia, c. Ætra, villas,  
 decimas, jura & immunitates. Nec vindicabant has injurias aut *negligen-*  
*tes vel impotentes Domini.* Wüllebrandus verò repetebat ablata sua, & cum  
 sponte reddere nollent isti, armis invasit eos & devicit feliciter. (l) Sic *Wer-*  
*dehusum* (m) reddidit Bernartus (n) de Lippia, Reinebergam Nicolaus de  
 Teklemborg, Roden Johannes Boccus, (o) alii alia. Cùm verò heroico ani-  
 mo ipse in aciem procederet, & cum spoliatoribus Ecclesiæ confingeret,  
 ita vulneratus est in facie & alibi, ut fœdæ remanerent cicatrices, (p) ma-  
 gna tamen animositatis signa. Non frustra enim portabat gladium suum,  
 sed pro honore Dei & salute Ecclesiæ semper acuit eum. Rectè igitur can-  
 tillabant:

**Iste ist gekommen in dit Land  
 van Hallermont Biskop Wüllebrant /  
 de hefft gebracht over ein  
 Roden / Reineborg und Wedekenstein. (q)**

(F)

Et

(g) quot annis sederit, Kranz. l. c. nesciit, discere tamen potuisset ex utroque chron. Mind.,  
 quæ dubio sine vidit. (g) veneno intoxicatus, chr. Mind. Pistor. (h) non Harlemunt, Bu-  
 cel. l. c. p. 31. a. (i) doctus & religiosus, inq; agendis publicis negotiis admodum ido-  
 neus, Tithem. L. IV. de Vir Illustr. O. B. c. 254. religione & natu primarius, Kranz. L.  
 IX. Metr. c. 42. Vir bene meritus, Buccel. l. d. (k) non 1400. ut Pideritius vult, Part. II.  
 chr. Lippienf. p. 537. *Svrat.* in chr. Vallis Dei ad ann. 1408. refert cum chr. Huxar. à no-  
 bis edit. (l) Durum & difficile est, Viros militares sub leges mittere. Non cedunt suasio-  
 nibus, subtractione proventuum redigendi sunt ad qualemcunque ordinem. Kranz. L.  
 XI. Metr. c. 42. (m) VVedekensche Kranz. l. c. VVedegerstein, chr. Mind. utrumque,  
 VVedeken & VVedegenstein chr. Osnabr. Erdman. Wedekhusen Buccel. l. c. (n) Simon,  
 chr. Mind. Meib. (o) armiger Diocæs. Osnabr., Erdman l. c. (p) instar, piscis affati, chr.  
 Mind. Meib. ut etiam Hamelman L. II. de famil. emort. p. 115. ipsum leprosum dixerit.  
 (q) imagini VVüllebrandi castra hæc appicta sunt, chr. Osnabr. Erdman.



Et sanè nobiles mansuetiores facti maximè timebant eum, & majori reverentiâ posthac prosequerentur Ecclesiam. Narrantur varia de eo acta cum *Johanne Presen.* (r) Sed loquax & mendax fama semper addit exaggerationes suas. Nolo singula repetere. Profectò pedum & ensium pro bonis contra malos summâ prudentiâ & discretione tulit Venerabilis Pater, & si non omnia, plurima tamen bene fecit, & ex usu Ecclesiæ suæ. Verùm cum ista nota sint omnibus, ego tacebo. Utinam verò clades ista urbi non contigisset! (s) Prædecessor ejus *Bruno* (t) construxerat monasterium Ord. Bened. extra muros in *Insula* in honorem *S. Mauriti.* Cùm verò successu temporis ob inundationes, fures & alias injurias boni Fratres nec possent nec vellent diutiùs ibi manere, nec quoque consultum esset, ipse *Willebrandus*, cum consensu Capituli sui, anno MCCCCXXXV. Dominica *Latare* cum omnibus rebus suis in urbem ad *S. Simeonem* transtulit, (u) ubi strenuè famulantur Deo. Multas etiam reliquias satis pretiosas ex *Corbeia* sua Ecclesiæ nostræ attulit, cum consensu Fratrum ibidem, ut ipse Magister caritatum mihi dixit. Obiit optimus Pater, de omnibus specialiter meritis, summus meus benefactor, morbo repentino, (vv) & jacet in summo templo ante altare *S. Petri.* (x) Quiescat in pace! Sæpius dixit: *Cernit Deus omnia vindex.*

*Omnibus in rebus tuis sincerus & æquus,  
omnes affectus sint sine labe tui.*

*Adstat enim custos: cernit Deus omnia vindex,  
Hunc Argum in mundo fallere nemo potest.*

L. Alber-  
tus,

Modernus Antistes, Princeps, Pater & Dominus noster est *ALBERTUS*, Comes de *Hoja*; sed cùm nullus ante suum funus beatus dici possit, vitam ejus aliis describendam relinquo, (y)

EPI.

(r) vid. latus chron. Min. J. Meibom. & chr. Osnabr. cit. ad ann. 1415. (s) dubio sine intelligit illam in campo *Waltbensch-Warcl* / seu *Warsch Bi&O*, factam anno 1434. juxta chr. Mind. P. st. (t) vid. hist. ej. & chron. Bergense Meibom. p. 15. (u) l. c. (vv) apoplexia, chr. Meib. Mind. (x) sedisse dicitur annis 30. mens. 2. seu 3. chr. Mind. utrumque, an verò secundum *Bucel. l. a.* & chr. *Pistor.* anno 1437. obiit, dubium est. (y) Interim bene multa de eo vid. sis in chron. *Erdmanni* cit. ad ann. 1420. & in chr. Mind. Meibom. p. 571. Næ pessimè audit apud *Kranz. L. XI. Metr. c. 53.* & *Bucel. l. c.* Ceterum cùm cœnobium *Möllenbeccense* prope *Rintelium*, in honorem *S. Dionysii* fundatum, (vid. hist. *Drogomis* & *Kranz. L. III. Metr. c. 8.* ac chr. Mind. Meib.) anno 1441. (non 1400. *Spangsb. L. V. chr. S. haumb. c. 23.*) post *Canonicas* sub Eo excepit *FF. Regulares Ord. Augustin.* *Kranz. L. XI. Metr. c. 53.* quorum primus Prior erat *M. Joann. de Huxaria*, Doctor celeberrimus, vid. chron. *Oldenburg. Archi-Comit. T. II. rer. Germ. Meibom. p. 170.* ne nescias velim, A. L., me de hoc illustri cœnobio integrum chronicon Cuy Ois editurum.



EPILOGUS.

**H**æc ego privatim sum commentatus in usum,  
 res patriæ gestas ut cunctas ordine scirem,  
 & prodesse queant & delectare vetusta.  
 Si nunc posteritas ausus laudaverit istos,  
 gratum est; sin: dulci patriæ servire decorum.  
 Bussio, quod potuit, fecit: Mindensia facta  
 atque Wartenstedium semper meminisse juvabit,  
 seu bona, vel mala sint. Oculis sapientiæ, & amplum  
 fortunæ pandunt nobis Veterum acta theatrum.  
 Bestia, non homo, sit, patriæ qui facta tacebit,  
 sola etenim cunctos in se comprehendit amores.  
 Hoc dicit Bussio, sic Wartenstedius inquit.  
 Tu, quicumque legis, meliora precaberis illi.

INDEX RERUM ET VERBORUM.

CUJUS

*Numeri non paginas, sed Præsules designant, seu numeros  
 marginales istos indicantes.*

<b>A</b> Delbertus	VI.	literæ ad Abbatem Corbeiensem	
Adolfus Schaumburgicus quiescit in infula	XXIII. XXV.	Anser candidus inaugurat Mindam, Pro- log.	ibid.
transfert monasterium	XXIX.	Aqua in vinum mutatur	XXVII.
trium cœnobiorum		Argentifodinæ in Diœcesi Mind.	ibid.
fundator	ibid.	Belzeren Miles	XXIX.
Advocatia Hamelensis	XXXII.	Bernardus Episcopus	VII.
bellum ob eam	ibid.	Lippiensis capit Hentic. Brun- svicens.	XLVIII.
Advocati de Monte	XXXVIII.	Borchartus Hyddinge visum reddit Fol- quino	XXXV.
castrum suum recuperant	ibid.	Borderensia bona	XXXIV.
Albertus Episcopus	L.	Bokelo castrum	XXXIX.
Angeri pagus	XVII.	perfidè traditur Schaumburgico ib. (F) 2	Bru-
Anno reliquias multas colligit	XXVI.		